ALKINDVS DE TEMPORVM MVTATIONIBVS,

siue de imbribus, nunquam antea excussus. Nunc verò, per D. Io. Hieronymum à Scalingijs, emissus.



PARISIIS.

APVD IACOBVM KERVER, SVB DVOBVS GALLIS, IN VIA IACOBEA.

M. D. X L.





❡Viro multis nominibus clarissimo domino Francisco cassano doctori medico nepoti suo. Io.Hieronymus à scalengijs. S. P. D.



OPtabam semper, nepos suauissime, ea de tuis studijs & nomine clarissimo audire, quæ necessarijs tuis & imprimis tibi essent honorifica. Nec fefellit nos omnes quam pridem de tuis moribus ac ingenio conceperamus expectationem. Nam tantus in Artis pæoniæ studijs euasisti, vt præter omnem ambitionem, summam doctrinæ laudem apud grauissimos doctissimósque per Insubriam medicos sis consequutus. Quare factum est ob eruditionem tuam videlicet vt dignus haberere inter physices professores, cui ad Galeni & Hippocratis publicas enarrationes primus locus à Mediolani Duce Francisco Sfortia Papiæ decerneretur. Pro his igitur omnibus & necessitudinem nostram arbitratus sum me rem meis studijs & tuæ professioni non indignam facturum, si ex Astronomie fontibus Alkindi rarrissimum libellum de mutationibus temporis, tuis aspicijs in commune legendum traderem. Non ingrediar nũc veterem illam quæstionem, sit ne idem Astronomia & Astrologia: quæ superioribus annis à clarissimis hominũ ingenijs ad vtrãq; partem multũ est agitata. Tãtum monuero idem fuisse sub vtroq; nominæ apud vetustissimos scriptores, quod nũc ab officio duntaxat discretũ videmus. Nempe ex Astris nũc motuũ rationes temporũ vices comtemplamur, & eatenus Astronomi sumus. Mox ex his tempestates, annorũ fertilitatẽ, sterilitatẽ, ventos, pluuiam sudũ præuidemus, & eatenus Astrologi vocamur. In hũc enim vsũ Astra à deo creata esse Moses testatur. Nec propterea fit vt Astrologorũ prædictiones immutari prụidentia, vel pietate in deum, nunq̃ non possint. Quid? quòd & Ptolemæus

mæus Astrologorũ dicta noluit esse prætoria. Eadem media sunt inter necessaria & possibilia vt videre est in Ptolemęi Pelusiensis quadripartito. Immodeste tamen faciũt qui hoc tempore tantæ arti, & imprimis ad multa necessariæ, sine iudicio obstrepunt. Non enim vident quàm maximo interstitio à Chaldæorum & vana coniectantium superstitione seiuncta sit Astrorum peritia. Sed de his, aliquando copiosius. Satis superq; mihi nunc fuerit illud asseruisse, quod etiam vulgo notissimũ est: hoc est multas esse in aëre impressiones, quas nullus philosophus neget superiorum orbium motu in hunc vel illum modum dispositas. In aëre quippe formari horrenda frigora, glaciosa, nebulosa, & pestilentia scimus, quę tempestates aduersas, crassas nubes, rerum penuriam, innundationes, nimborũ impetus, & vastitatem per erucas, locustas, & huiusmodi terris immitant. Hoc ipsum vidit medicorum princeps Hippocrates, qui in libro de aëre: aquis, & locis, Astronomiam non minimum ad Medicinam cõferre scriptũ reliquit. Locus est notissimus, legat qui volet, & vera me scripsisse intelliget. Ad hanc igitur Medicinæ partem non parui momenti mihi visus est hic libellus Alkindi habere, quẽ tuo nomimi clarissimo consecratum voluimus. Vtinam mihi exemplar castigatum magis contigisset. Sic enim futura res erat nõ solum tibi, sed alijs multis gratiosior. Verum nunc boni consules quæ ex carioso & vnico exemplari tibi à me porrigũtur. Nolui quicq̃ immutare quantumuis barbarum & durum, ne ingeniosus in alieno libro viderer. Si fortè interdum exemplar castigatius nacti fuerimus, omnia tunc pro dignitáte restituemus. Nunc qualecunq; à me tibi offertur munusculũ cum nõnullis ad hoc negocium exactitissimis tabulis fronte exporrecta suscipies, & nos mutuo diliges. Vale nepos amantissime. Lutetiæ Parisiorũ anno millesimo quingentesimo quadragesimo à Christo nato, Sole existente in primo gradu Aquarij, & Venere ad triquetrum Saturni properante.

¶Balthasar Murator Pedemontanus ad nobilissimum virum omni virtute præditum dominum Ioannem Hieronymum ex Plosasci comitibus & Scalengiarum dominis.

Commoda quæ priscis, latuerunt dogmata seclis:
Sunt opera tanti, publica facta viri.
Qui genus (ex animo) nullum despexit honesti:
Vt studijs posset, consuluisse bonis.
Hic extat summis, ornatus viribus heros:
Et canam superat, relligione fidem.
Dicendi grauitas, & casti gratia vultus,
Hunc primis iungunt, associantque viris.
Quare age: conceptos pergas finire labores:
Vt prope contextum, surgere possit opus.

¶Philippus Iollainus Blereius ad eundem.

Omnia scandit homo (duce te) penetralia cæli,
Et mundi numen spirat, & astra rotat.
Terra tibi debet, debet Latonia multum,
Quòd terris aperis, quicquid Olympus agit.

¶Idem ad lectorem.

Sordibus Alkindum Plosaschus purgat, & auget:
Qui latuit stigijs ante sepultus aquis.
Hic tenet anfractus terræ, maris inuia, quod nunc
Orbe alius toto non tenet Astrologus.
Ille futura canit, percallet tempora, cursu
Præpete metitur sydereasque domos.
Astra trahit cælo, telluri inclinat Olympum
Plosaschus magnum vicerit hisce Iouem.

❡Mansiones Lunæ secundum Iaphar.					
N.	❡Qualitates	❡Nomina mansionum.	G.	M.	Si.
1	Temperata.	Anathe.	0	0	♈
2	Sicca.	Albutain.	13	20	♈
3	Temperata.	Athoteæ.	26	40	♈
4	Humi. mul.	Aldebaran.	10	00	♉
5	Sicca.	Alhara.	23	20	♉
6	Tem.rorida	Alanath.	6	40	♊
7	Humida.	Aziraa.	20	00	♊
8	Temperata.	Alaracen.	3	20	♋
9	Sicca.	Aatars.	16	40	♋
10	Humida.	Aliebecha.	00	00	♌
11	Temperata.	Alboracon.	13	20	♌
12	Humi. mul.	Azarpha.	26	40	♌
13	Temperata.	Achine.	10	00	♍
14	Tem.rorida	Azimet vel Azimech.	23	20	♍
15	Humida.	Algafra.	6	40	♎
16	Humi. mul.	Alidan.	20	00	♎
17	Humi. mul.	Alchil.	3	20	♏
18	Sicca.	Alkebtonda.	16	40	♏
19	Humida.	Azolaa.	00	00	♐
20	Humida.	Alnadan.	13	20	♐
21	Temperata.	Albedach.	26	40	♐
22	Humi. mul.	Albedach vel Albelelah.	10	00	♑
23	Temperata.	Malcharech.	23	20	♑
24	Temp. rori.	Caadbalag vel Caadaccaad	6	40	♒
25	Sicca.	Alfragal.	20	00	♒
26	Sicca.	Raukaden.	3	20	♓
27	Humi. mul.	Alfarg.	16	40	♓

¶Nomina secundum Alkindum.

1	0	0	♈	Nathu, Saran,
2	12	51	♈	Batini, Katun, Barmi,
3	25	42	♈	Eoria, Eona,
4	8	34	♉	Aldebaran, Dabatan, Dabiran,
5	21	25	♉	Hakaaru, Meisen, Hakahacu, Alhakaatu,
6	4	17	♊	Naihetu, Kamekalacel, Alcenmaau,
7	17	8	♊	Aldarhau, Earhao, Earhau,
8	0	0	♋	Natretu,
9	12	51	♋	Carfu, Alcharfu,
10	25	42	♋	Gabietu, Algebaha,
11	8	34	♌	Karaten,
12	21	25	♌	Alcharfatin, Iearafatin, Tarfacu, Carfatai,
13	4	17	♍	Hane, Ethane,
14	17	8	♍	Schamhot, Alkahata, Alahakatu, Alkatu,
15	0	0	♎	Garafu, Garfu, Algafaru,
16	12	51	♎	Eubene, Alcabene, Eubenen,
17	25	42	♎	Ikilil, Iklil, Alikebil,
18	8	34	♏	Kalbi, Calbu, Alkebu,
19	21	25	♏	Xanden, Eahneletu,
20	4	17	♐	Alnahaumi, Gahanu, Nahannu,
21	17	8	♐	Beledetu,
22	0	0	♑	Cohoudualeabay, Alkahabhu, coōduhaleubai
23	12	51	♑	Coonduhaleubai, Coondubalagi,
24	25	42	♑	Coonalcoondi, Condualciondi, Alchocaden,
25	8	34	♒	Coonalhakabieti, Coondualhakabieti,
26	21	25	♒	Alakchameta, Fargus primus, Alfaragu.
27	4	17	♓	Fargus postremus, Fargu,
28	17	8	♓	Batane.

¶Quæ loca

❡Quæ loca ſignis cæleſtibus ſubijciantur.

♈	❡Germania Polonia minor, Anglia, Cracouia, Patauia, Neapolis, Florentia, Fauentia, Imola.
♉	Polonia maior. Heluetia, Bononia, Sene,Piſtorium,Verona. Capua Salernũ,Anchona, Phanum, Xenogallia, Taruiſium.
♊	AEgyptus,Angliæ pars,Flandria, Norimberga,Virtemberga, Erfordia, Pariſiorum pars, Taurinum,Vercellæ, Tridentum, Regium, Ceſena, Viterbum.
♋	Armenia, AEgyptus, Babilonia, Gallia , Norbergia, Pruſcia, Hollandia , Zellandia , Bizantium , Venetiæ , Vicentia, Mediolanum, Lucca.
♌	Damaſcus, Boemia, Siciliæ pars, Apuliae pars, Praga, Vlma, Croton, Mantua, Cremona, Rauenna, Peruſiæ pars, Roma.
♍	Tile inſula , Græcia , Sleſia , Vratiſlauia, Toletum , Pariſius, Parentia, Peruſiæ pars inferior, Papia, Nouaria, Comum, Aretium, Ferratia, Cume, Tarentum , Beneuentum, Aſculum.
♎	Auſtria, Aſclauia, Vienne , Auſtrie , Saliſburgum, Auguſta, Laudum, Placentia, Parma, Piſaurum,Gaieta,Sueſſa, Traiectum,Italiæ pars,Roma antiqua.
♏	Scotia,Valentia,Aquileia,Vrbs vetus,Camerinum,Ariminũ, Ceruia,Genua,Brixia,Crema Padua, Ferraria vetus.
♐	Hiſpania, Dalmacia, Vngaria, Buda, Hieruſalem, Auinio, Aſti, Firmum.
♑	Bauaria. Stiria, Engolſtadium, Grenitium,Romandiola, Forumliuij, Ferrariæ pars,Mutina,Cortona,Tortona Pratum.
♒	Saxonia,Boemiæ pars,AEthiopia,India,Macedonia, Tauri. reg. Hieroſoly, Vrbinum, Conſtantia.
♓	Luſitania, Hibernia, Normandia, Alexandria, Ratiſbona, Colo. Agrip. Venetiæ pars.

ALKINDVS DE IMBRIbus, siue de mutationibus temporis.



Ogatus fui quòd manifestarem cōsilia philosophorum in quibus concordauerunt de impressionibus superioribus, & accidētibus aëris, & nebulosi tēporis, & causis humiditatis, caliditatis, frigiditatis, eo quòd elongat eos diuersitas iudiciorum, & prauitas capitulorum suorum. Ex quo posuerunt scientiam absque ordine suo: & recesserunt à via cum verbo credulitatis absque sigillo, & propria ratione, & imponunt Hermeti, & Ptolemęo, & alijs philosophis. Est autem consuetudo philosophorum quòd in positionibus suis non sit tantum credulitas, imò probatio lucida, & similiter manifesta. Ac probè norunt sapientes, quòd homo nō est imbutus in philosophia, nisi sit vsque quo possit diuinare cum scientia impressiones superiores, nec ascendit ad illam scientiam nisi post scientias quadriuiales (quę sunt introitus ad philosophiā & sūt mathematicę.) Et post illam quam appellauerunt scientiam naturalem, & qualitatum suarum postquàm sciuerunt superiores impressiones, scilicet scientia spirituali quā non acquirit qui non adiungit quę nomini conueniunt, perscrutantis fata rerū, & volentis contemplari in dictis philosophorum. Et diuido hanc epistolam in octo capitula. Capitulum primum de omnibus accidentibus planetarum, & causa suarum impressionum in aëre superiori. Capitulum secundum de diuersitate motuum in quartis circuli, & differentijs anni. Capitulum tertium de quartis humidi, & sicci anni, & qualiter applicatur illis de parte retrogradationis, & directionis planetarum. Capitulum quartum de roribus, & pluuijs in omni climate. Capitulum quintum de

qualitate inueniendi horas rorum & pluuiarum, & ſcientiam horæ temporis ſui in loco terræ. Capitulum ſextum de aëribus & pluuijs ſecundũ dicta ſapiẽtum. Capitulum ſeptimum de naturis dierum. Capitulum octauum de temporibus. 4. & mutatione aëris à calore in frigiditatem, & è contra.

Primum capitulum Alkindi de nubibus, & pluuijs, & tonitruis, & fulguribus, & ventis, & accidentibus ſuperioribus.

PHiloſophi cõcordauerunt ad hoc quòd natura cæli eſt vna: nec dixerunt talis planeta in ſuo eſſe eſt calidus, aut frigidus, aut humidus, aut ſiccus, nec talis pars ſignorum in ſubſtantia ſua eſt calida aut frigida, aut humida, aut ſicca, nec ſubiectę generationi vel corruptioni, nec diuiſioni, nec ſecũdum ſe, nec ſecundum partem aliquam, nec planetæ ſecũdum ſe faciunt generationem, nec corruptionem: ſed motu ſuo ſuper epicyclum: directione, & retrogradatione, ſtatione, vel eleuatione, vel depreſſione, vel elongatione à climatibus quolibet tempore, & ita viderunt ſua corpora fieri maiora & minora cauſa appropinquationis & elongationis ſuæ à nobis. Quando enim aliquid elongatur ab aſpectu, minus apparet: & quando appropinquatur, maius. Dixerunt etiam quòd planeta non eſt igneus, nec lumen ſuum igneum: & quòd maior planetarum calidorum eſt Sol, & quòd ſit maior tota terra, centies ſexagies ſepties, & paulo plus. Dico autem quòd Soli ſunt. 4. tempora æqualis quantitatis, ſed diuerſæ naturę, propter ſuum eccentricum. Nam ſi non eſſet eccentricus, omnia eius tempora eſſent eiuſdem naturæ. Dico itaque quòd iſti planetæ infortunantur ſecũdum elongationem eorum ab æquinoctiali. Nam ſi circuitio Solis eſſet ſemper in partibus

in partibus circuli æquatoris, eſſet omne tempus eiuſdem naturæ, calidæ ſcilicet, vel frigidæ. Et Sol à capite Libræ cadens ad Capricornum elongatur à ſeptentrione, & fit ibi frigus, & pluuia: quòd ibi eſt de humiditate. Et eſt ibi frigus in ſummo, quouſque ſit Sol in capite Capricorni: & ab illo tunc vertitur ad ſeptentrionem, & appropinquat caliditas ſua parte meridionali, & fiunt venti ſeptentrionales, donec ſit Sol in capite Arietis: & ab eo ad Libram, eſt calor in ſeptentrione, & in Ariete, & Libra, æquantur dies nocti, & æquatur etiam aër. Quando eſt in capite Cancri, eſt dies longiſſima, & nox breuiſſima *ijs* qui habitant ſeptentrionem, in capite Capricorni econtra, *ijs* qui habitant meridiem. Sunt itaque anni quattuor tempora Ver à principio Arietis, ad initiũ Cancri, calidum, & humidum: æſtas ab initio Cancri, ad caput Libræ, calida, & ſicca. Autumnus à capite Libræ, ad Capricornum, frigidus, & ſiccus. Hyems à Capricorno, ad initium Arietis, frigida, & humida, & communicant Soli, & al*ijs* planetis in quattuor qualitatibus, pro diuerſitate motuum ſuorum, & complexione, & eſt ratio. Nam ſi Sol ſolum ageret in iſta inferiora abſque planetis, eſſent *ij*dem aëres in diuerſis temporibus conſimiliter: quòd eſt falſum, imò variantur aëres anni, menſis, dierum, pro diuerſitate motus Solis, & reliquorum planetarum in longitudine, & propinquitate à terra. Et dico quòd fortior eſt calor planetarum quando ſunt retrogradi, quia ſunt propinquiores aëri. Et eſt circuitio eorũ ſuper epicyclum de die, & de nocte pluſquàm. 360. gradus & eſt velocior curſus eorum, quam quando ſunt directi in circulis ſuis, & quando planeta eſt retrogradus in ſecunda quarta circuli: & Sol in. 4. quarta circuli, complexio illius temporis, eſt frigida & humida, & multum debilis virtutis, quia cum Sol eſt in illa quarta, ſoluit quòd congellatum eſt in quarta tertia. Et iterum propinquior planetarum aëri cale-

 faciet,

faciet, & soluet cum solutione Solis, & eleuabitur vapor humidus quem inspissabit motus Lunę cum fuerit in bono loco à Sole, & dissoluetur ventus meridionalis de parte Solis, & ventus veniēs à parte planetarum soluit cum Sole, aut à parte Lunæ inspissabit nubes, & quando veniet ventus ab istis quartis minorabitur, aut descendet nubes secundum quartam illius temporis: cum quattuor temporibus, & circulo Lunæ eccentrico, non deest similitudo, secundum naturas suas. Ex quo est calor secūdum quantitatem corporum & verum motum: habent enim planetæ eccentricos, & epicyclos, & tempora diuersarum naturarum, quòd afirmabo in sexto capitulo. Et dico quando planetæ erunt à capite Cancri ad caput Librę erunt summæ calidi propter propinquitatem zenit capitum in septentrione, & si tunc fuerint in longitudine propinquiori, eccentrici erit calor fortior extrinsecus sed calor similis illis est duobus mòdis: aut à statione prima ad oppositionem sunt calidi & ab oppositione ad stationem secundam ad retrogradationem suam cum calore vincente qui est in fine siccitatis fortioris: quia cum res durat multiplicatur: & pro duratione ei à statione ad stationem multiplicatur in capite: & ob variatur operatio sua secundum proportionem quę est inter duas stationes cum additione & adiunctione. Et si fuerint illi directi, caliditas debilitatur, quia tunc vis caloris Solis vincit calorem eorum, & non apparet in eis calor. Et ab absconsione ad stationem primam incipit planeta appropinquari terræ, & addit in caliditate in tantum, quòd dixerunt multi græcorum quòd tunc est significatio humiditatis. Et hoc dixerunt qui viderunt, quòd quando Sol appropinquat terræ soluit quòd fuit cōgelatum in tempore frigiditatis summæ, scilicet in elongatione eius maxima à zenit, & manserunt planetæ supra illū ordinem, ex quo indicauerunt super frigiditatem à statione secunda ad occultationem, & sunt planetæ

netæ à ſtatione prima, ad oppoſitionem calidi. Sed ab oppoſitione, ad ſtationem ſecundam, cum calore vincente. Et ex parte ecentrici variatur calor, ex appropinquatione & remotione planetæ à terra, ſeptẽtrionæ, meridie, & quãdo fuerit planeta in auge epicycli & ecentrici, & fuerit in prima quarta circuli, erit finis debilitatis caloris ſui, nec apparebit in terra ſua caliditas, ſed frigiditas quando verò fuerit in quarta ſecunda circuli, & cũ hoc erit in ſummo epicycli & ecentrici, erit ſumma caliditas ſua, vſquequo accidat ſiccitas multa in terra.

Capitulum ſecundum de variatione accidentium planetarum in quartis circuli.

ET ad hoc ſciendum, oportet ſcire quòd quando planetæ retrogradantur à capite Cancri ad caput Libræ, & fuerit Sol cum illis in eadem quarta tunc erit ſummus calor in parte ſeptemtrionali, & meridionalis infrigidabitur; & veniet ad partem ſeptemtrionalem ventus conſumens, calidus, & cõſumet digeſtionem fructuum, & combutet herbas vſque in finem. Si autem concordauerint quòd fuerint in fundo ecẽtricorum ſuorum, erit caliditas fortior. Et ſi fuerint illic quaſi directi orientales, erit illa æſtas decora, quia tunc debilitabitur calor ſuus, & infrigidabitur nox, & mitigabitur aurula ſua. Quãdo fuerit Sol in angulo terræ, & cum fuerint illic directi occidentales, erit illa ſignificatio debilior propinquatione ſua ad terram, quia poſt ſolis occaſum appropinquant zenit capitum. Et non fit ad finem mitis aura, & quando fuerint retrogradi à capite Cancri ad caput Libræ, & fuerit Sol à Libra ad Capricornum, & Sol tunc congelauerit partem ſeptemtrionalem, tunc debilitabitur congelatio ſua: quia iſti planetæ retrogradi ſoluunt cum motu ſuo, & caliditate, quòd congelauit Sol.

Et tunc erit illa quarta varians complexionem ſuam & declinans ad caliditatem: & erunt venti ſeptemtrionales frigidi cum autem planetæ fuerint directi, & cum hoc fuerit Sol à Libra ad Capricornum, erit gelu ad ſummũ. Tunc enim valde debilitatur calor planetarum. Et quãdo illic fuerint retrogradi à Cãcro ad Libram,& Sol à capite Capricorni ad Arietem, tunc Sol ſoluit gelu, niſi multiplicētur venti ſeptemtrionales. Et quando erunt directi debilitatur ſignificatio humiditatis in illo tempore, & pręcipue ſi fuerint occidẽtales à Sole:& ſi fuerint illic retrogradi,& fuerit Sol ab Ariete ad Cancrum: illud tempus erit mitis complexionis multũ, cum vento ſeptemtrionali quia Sol tunc ſoluit gelu cum calore ſuo,in climate ſeptemtrionali. Et ſoluent cum eo planetæ calidi, & tunc debilitabitur humiditas, & diſſoluent glaciem tendendo ad inclinationem ſeptemtrionalem: & ſoluent cum eo planetæ calidi. Et ſi fuerint retrogradi à Libra ad Capricornum, & fuerit Sol cum illis, multiplicabitur ventus ſeptemtrionalis, vi caloris ſolis cum planetis in illa parte,& remittetur aër in illa parte ſeptemtrionali & gelu conſtrictum,& multiplicatur ibi humiditas propter elongationem Solis à ſe,& impellentur etiam venti meridionales ſupra ſe, diſſoluentes quòd ibi congelatum eſt. Et quando erunt directi,& Sol cum illis, & erunt occidentales: erit tunc ſummum gelu in parte ſeptemtrionis, & quieſcent venti à meridie.Et quando erunt illic retrogradi, & Sol à Capricorno ad Arietem humiditas erit ſumma in illo tempore, quia multi erunt meridionales venti, qui ſunt cauſa humiditatis, & cum hoc ſoluet Sol gelu in ſeptemtrione, & quando erunt illic directi, & Sol à Capricorno ad Arietem & erunt occidentales: ſic ſignificant magnã diminutionem humiditatis in illo tempore. Et cum fuerint illic planetæ retrogradi,& Sol in prima quarta circuli, ſcilicet ab Ariete ad Cancrum, illud erit ſignificatio humiditatis temperatæ. Et cum

fuerunt

fuerunt retrogradi illic, & Sol à Cancro ad Libram, ſignũ eſt caliditatis in illo tempore, & ſiccitatis niſi ingroſſentur venti meridionales. Et ſi fuerit à Capricorno ad Arietem retrogradi, & Sol cum illis, ſignum eſt tũc humiditatis nimiæ, & quando erunt illic directi, ſignum eſt ſiccitatis.

Capitulum tertium de quartis anni humidi & ſicci, ex parte directionis, & retrogradationis planetarum.

VT hoc leuius inueniatur præponam quartam hyemalem, & deinde alias quartas ad quartas, Et ſic ſcrutabor de modis motuum in quarta autumnali, ſi fuerint omnes planetæ in quarta hyemali. Et fuerit cum ſole aliquis planetarum in illa quarta, (videlicet à Capricorni capite, ad caput Arietis) retrogradus, erit humiditas pauca: ſi duo, erit humiditas formoſa: ſi tres, erit humiditas addens: ſi quattuor, erit humiditas ſimilis diluuio. Et fortior in quarta circuli vernali ab Ariete ad Cancrum, vel in capite Cancri. Si verò non retrogradatur aliquis planetarum, nec erit in natura ſua aliquid de parte temporum ſuorum ſignificãs humiditatem: erit ſiccitas quouſque retrogradatur aliquis eorum, & fortius in ſiccitate erit quãdo erit hæc ſignificatio in quarta circuli autumnali, exiſtentibus illis ſignificatoribus directis, quia ſi inuenerimus in illa quarta omnes planetas retrogrados, aut tres, aut duos, aut vnum priuſquàm dirigentur in quarta hyemali. erit ſiccitas, & ſi fuerint naturæ ſuæ ſiccę, erit ſiccitas fortis ſecundum naturam earum qui retrogradãtur in quarta autumnali. Si verò omnes fuerint retrogradi in ea, & dirigentur omnes in hyemali quarta, erit ſiccitas multa in omnibus climatibus mundi.

Quartum capitulum de roribus & pluuijs in omni climate.

Oteſt acquiri in generali variatio naturæ tempo ris,& ventorum,in parte ſeptẽtrionis. Nam ſciẽtia horarum ſuarum eſt difficilis valde, vbi planetæ tranſeunt ſuper zenit capitum in medio cælj,& eſt vtile quod premittam modos Lunæ, & manſiones ſuas à coniunctione ſolis (Videamus) ſignificat enim de quiditate, propter diuerſitatem propinquitatis ſuæ ad propinquatẽ ſphæræ terræ,& ex diuerſa appropinquatione & elongatione à zenit capitum, & ex locis ſuis, reſpectu planetarum calefacientium aëra, quãdoquidem eſt apud eam ſignificatio pluuiarum,& variatio ventorum in coniunctione ſua cum erraticis & fixis. Dico quòd quando fuerit quarta, ſignificat de humiditate à retrogradatione planetarum & temporum ſuorum,inſpicias quoq; coniunctionem luminarium, ſi enim fuerit coniunctio, niſi ſit applicatio cum retrogradis ſignum eſt ſerenitatis,& in oppoſitione ſua ſimiliter. Item in quarta hyemali reſpicias retrogradationem in coniunctione ſua,ſi fuerit Luna in cõiunctione in centro à ſole,& planetis retrogradis,erit ſumma rei,& fortior ſignificatio,quòd ſint, 5 retrogradi applicati cum Sole, & hæc eſt variatio centrorum Lunę à Sole,& à planetis,ſunt enim ſiue.21.gradus aut.45.aut 90.aut.70.aut,120.Et ſi contigerit quod ſint inter ſe, omnes plenetæ retrogradi, & iſte partes quæ vocantur centra cum aſcenſionibus climatum:erit pluuia in ſummo ſecundũ quod affirmat vis quartæ & natura temporis ſignificationum planetarum & Lunæ,& ſi fuerit de duobus, innuit ſecundum finem quantitatis,& ſi fuerit de vno,innuit etiam,& ſi non erit de illorum centrorum:non erit aliud, niſi ventus mitis humida aura in vere,frigida in hyeme.Deinde reſpice quando erit àSole ſecundum.130.gradus,ſi tunc fuerit aliquis planetarum in centris,erit pluuia ſecundum quod affirmat natura tempo ris ſui de viribus & debilitatibus ſuis. Et ſi fuerit de altero

corũ,

eorum, erit humiditas aëris fortis. Deinde cum fuerit à Sole ſecundum. 45. gradus, & concordauerint modi prædicti. Et quando erit à Sole ſecundum.60. gradus, aut ſecundum.120. gradus, aut.150. aut.140. aut. 260. aut.270. aut.315. aut. 348. gradus, & iſta ſunt centra omnia cum aſcenſionibus climatum. Et fortior iſtarum ſignificationum eſt quòd concordet, quòd Luna ſit in longitudine propinquiori minuens in lumine ſuo. Et Sol quando fuerit in declinatione meridiana, inclinat aërem ad partem ſeptentrionalē, quia calefit pars meridionalis, & infrigidatur pars ſeptentrionalis. Et res quando calefit fugit ad locum latiorem, & tunc mollit aëra in parte conſtricta. Et quãdo erunt planetæ retrogradi in iſta quarta cum Sole erunt venti fortes. Vnde diuerſitas ventorum in vno die eſt de tactu planetarum & Lunæ partis poſt partem in ſuis inceſſibus ab oriente in occidentem. Et ex coniunctione Lunæ cum ſtellis fixis, & iſti ſunt venti particulares. Vniuerſales autem ſunt à parte motus Solis. Et ſcias quòd rei concordantia eſt quòd coniungatur Luna alicui planetarum retrogrado, & ſit addens in lumine ſuo: tunc erit ſignum pluuiæ ſecũdum quòd affirmauerit tempus plus de virtute & debilitate. Et etiam quòd ſit in centro Solis, vel planetæ retrogradi. Quando ergo coniuncta erit Luna, & erit minuens, minuet illud: & quando tunc plures erunt planetæ retrogradi, tunc in prima quarta circuli erit ſignum pluuiæ, & fortius quando erit Luna à Sole & à planetis retrogradis in centris. Et quando erunt retrogradi in quarta ſecunda circuli in hyeme, aut vere, aut autumno, erit ſignificatio fortior. Et quando erunt retrogradi in quarta tertia circuli, erit ſignum magis diminutum abſque multitudine, quoniam ventus meridionalis multiplicatur illic. Et quando directi fuerint in ęſtate, & Luna in lumine ſuo minuens, & in corpore ſuo, & continuabitur cum planeta directo: illud erit ſignum grandinis, & fulguris

& fulguris radiorum,& calorum. Et si fuerint directi in parte septentrionali,aut retrogradi in parte meridionali,tunc illud erit signum grandinis,& fulguris. Et quando erit in prima quarta circuli, & erit signum humiditatis à planetis retrogradis inspiciemus in ea sicut in quarta hyemalis circuli & centris positis Lunæ. Dico quod cum fuerit Luna addens in lumine suo, quando non fuerit retrogradus cum Sole in quarta prima,erunt fortiores, in quarta secunda circuli, aut in capite Cancri, aut etiam in meridie quandoque: quoniam multiplicabitur ventus meridionalis humidus. Et quando fuerit Sol in quarta secunda circuli,& fuerit significatio humiditatis inspice centra, & deinde planetas retrogrados, & addentes in lumine suo,& ob hoc debilitabunt addentes in lumine suo:minuentes verò in lumine suo fortificabuntur.Veruntamen quando planetæ fuerint cum Sole in quarta vna, erit caliditas valde fortis,& comburẽs.Et si fuerint retrogradi in quarta prima,similiter. Et si fuerint retrogradi in inclinatione partis meridionalis, erit aura mitis.Et quando applicuerit illic Luna planetis retrogradis in centris prænominatis, mouebit aëra ad qualitatem nubis, vel grandinis, & fulguris. Et cum fuerint illic directi, debilitabitur significatio. Et cum fuerit Sol in quarta tertia circuli, & fuerint planetæ retrogradi in illa parte, illud erit signum humiditatis horæ pluuiæ, quando manserit Luna in centris prædictis à Sole, & constat significatio quod sint planetæ retrogradi pars eorum propinquior parti, & applicetur pars eorum parti de trino & opposito, & quarto aspectu in centris dictis. Et cum erunt planetæ retrogradi in parte septentrionali, erit significatio fortior, quando coniungetur eis Luna, & erit Sol in centris prędictis,& planetę erũt addẽtes in lumine.Et tũc si fuerint planetæ directi in parte meridionali,& retrogradabit

planeta

planeta in parte septentrionali,& applicatur cum eo planeta, & erit Luna minor in lumine,signum tūc est pluuiæ,& niuis, quia planetæ directi congelant tunc septentrionalē partē. Et cum fuerit Luna in centris à planetis retrogradis, si soluent donec sit Luna in centris tunc stillabit congelatum. Sed cum fuerit Luna addens in lumine,soluit tunc illud. Et scias quod quando planetæ retrogradātur in parte meridionali,erūt venti meridionales, & quando sunt retrogradi in parte septentrionali venti septentrionales similiter in meridie. Scias etiam quod dies& noctes in quattuor partes diuiduntur. Nam à principio ascēsionis Solis vsq; ad mediū diem est naturę vernalis,& à medio die vsq; ad occasum solis,est naturę æstiuæ,& ab occasu solis vsq; ad mediā noctem est autumnalis, & à media nocte vsq; ad ascensionem Solis naturæ hyemalis,& dum comburitur aliquis planetarum leuium in quarta autumnali, & fuerit directus signum est frigiditatis,& gelu. Et dum comburitur in quarta hyemali, significat nubila & ventos meridionales,dum autem comburitur in quarta vernali significat nubes,quando vero in quarta estiuali significat caliditatem & fulgura,& tonitrua. Et quando comburuntur planetę ponderosi sunt huiusmodi significationis nisi quod sunt debiliores. Et fortius centrorum Lunæ est à prima quarta vsq; sit supra caput nonaginta graduum & super.180.& ducentos septuaginta. Et scias quod Luna in declinatione meridionali quando applicat cum planetis directis in signis siccis, est significatio siccitatis,& mouetur aër ad summum frigiditatis,si fuerit,minuens lumine, & quando fuerit in declinatione septentrionali & erit calor in æstate applicabiturq; cum planetis retrogradis & erit addēs in lumine, mouetur diuersitas vētorū,& si fuerit minuēs ī lumine minuetur illud. Hęc quattuor capitula non significant aliquid nisi post scientiā quinti,ideo preponam vt sit epistola secundum suum ordinem.

Capitu-

Capitulum quintum, de qualitatibus inueniendi rores, & pluuias, & sciendi horas temporũ suorum, in omni loco & terra, & causas eorum.



Via iam præcessit sermo quod causa quattuor temporum anni datur soli à motu sui eccentrici, & quod naturæ temporum non sunt in eadem vi in omni terra, imò adduntur & minuuntur secundum elongationem loci ab æquinoctiali, & secũdum propinquitatem. Quoniam quidem ita ponam similitudinem illi facilem, in locovbi Cancer facit zenit capitum, deinde sciam ex eo vim naturarum & debilitatem suam in parte septentrionali ab equatione diei non enim pertinet ad nos quod præterit illam lineam à parte meridionali. Dico itaq; quod quando Sol facit zenit capitum de latitudine sua, est summa in circulo septentrionali & quasi principiũ calorũ apud nos, quia res tũc multiblicabitur. Ponam ergo illi simile quod tũc sit gradus quartus de parte quæ est summum caloris apud nos & cum multiplicatione calida & calor suus multiplicabitur sic, quia si formatur ibi in vi, & qualitas facta de multitudine calida, & ponam ei finem quarti gradus in siccitate, deinde ponã de maxima & simplici vnũ gradũ oĩbus quadragintaquinq; gradibus Zodiaci & dico quãdo Sol est in capite Libræ minuit vnus de quattuor gradibus, & est principium gradus tertij calidum & similiter siccum. Et quãdo minuitur vnus gradus summus: succedit gradus alius: de natura sui contrarij: quoniam quando diminuitur vnum contrariorum, augmentatur reliquum, & erit tũc principium primi gradus frigidum & finis humidus. Et quãdo erit Sol in decimoquĩto gradu Scorpij, erit finis secũdi gradus caliditatis & siccitatis apud eos, & principiũ tertij gradus frigiditatis & hũiditatis. Et Sole existente in decimoquinto gradu Aquarij est eis finis frigiditatis, & siccitatis, & principiũ quarti gradus frigiditas

frigiditatis & humiditatis, & ſicut variantur aëres per totum annum ipſis quibus Sol facit zenit capitis cũ fuerit in principio Cancri, ita variatur in aliјs ſecundũ quattuor gradus prædictos qualitatum primarũ, ideo ſecundũ hunc modũ oportet tibi formare regulã de tẽperię aëris, & diuerſitate temporis in quacumq; regione & ciuitate. Vnde cum volueris ſcire quãtitatem naturæ temporis apud quam quartam anni volueris, & in qua ciuitate volueris de natura ſua ſecundũ viam prędictã. Tũc quibus facit Cancer zenit capitis, accipe modũ eleuationis huius gradus, in ciuitate iſta, & inde aſcenſiones ſuas, in quibus facit Cancer zenit capitis, & ſcias proportionẽ eorum, tunc quòd fuerit, ſume illam quantitatem graduum, quia firmat naturam temporis quibus facit Cancer zenit capitis, & quòd erit illud, erit quãtitas graduum naturæ temporis apud te. Iam autem dixi in capitulo primo quòd ſubſtantia cæli eſt vna, & eſt natura quinta, & quòd in eo non ſit calor, frigiditas, humiditas, ſiccitas, leuitas, grauitas, nec mutatio, nec generatio, nec corruptio, nec comprehendit intellectus qualitates ſuas, niſi quòd effectus planetarũ, variatur pro variatione, virium, & motuũ ſuorũ, & propinquitate ſua, & longinquitate ſua, & loco coadiuuante ante ad recipiendum effectus ſuos. Et iam prędixi ꝙ calefaciũt aërẽ, quãdo ſũt retrogradi, & ĩfrigidãt quãdo ſũt directi, & hoc ĩ qualitate ſuę ſignificationis: & ſũt neceſſarie nobis ꝓprietates naturarũ ipſarũ. Dico itaq; ꝙ ꝓprietas Saturni ſi fuerit in ſtatione ſecunda ad abſconſionem, erit ſumma frigiditas & humiditas, ſecundũ quantitatem corporis ſui, & elongationis motus ſui ſupra epiciclũ, & ponam illi ſpatium ſtans apud ſe & hoc à .15. gradu Tauri vſq; ad .15. gradum Leonis, & cum prętericrit hãc partem, & fuerit ab abſcõſione ſua ad ſtationem primam, ſignificat frigiditatem & humiditatem. Et quando fuerit retrogradus à ſtatione prima vſque ad oppoſitionẽ erit frigidus & humidus, niſi quòd eſt ei nebula

debilis virtutis pro appropinquatione, sua terrę quia calefacit aëra, in illa parte à medio dię vsq; ad descēsionē Solis si fuerit, tūc in medio cæli, & quando fuerit in aspectu ipsius siue illius partis à. 15. gradu Scorpij ad. 15. gradū Aquarij, multiplicat in dominatione frigiditatis secūdum quòd erat in prima parte. Iuppiter etiam à. 15. gradu Tauri ad. 15. gradū Leonis est calidus & humidus, & si fuerit in statione prima ad oppositionē suam, erit calidus debilis humiditatis. Et quando fuerit in absconsione sua ad stationē primā, erit calidus & humidus bonę complexionis & ęqualis quātitatis, & in viribus, & qualitatibus omnibus. Et quando retrogradabitur, addet in qualitatibus agentibus caliditatem, & scias etiam quòd planetæ omnes ponderosi ab absconsione sua, ad oppositionem suam humectāt, & ab oppositione sua, ad absconsionē desiccant, sic Saturnus æstuat humidus. Sed Mars & Sol calefaciunt & humectāt, Luna Venusq; frigescūt, Mercurius similis est eis à qbus aspiciatur, sed parum est siccus, & ita desiccat, nisi quòd à statione secūda ad cōbustionem est frigidus, & à cōbustione, ad stationē primā est calidus: & fortior caliditas est, quādo est in retrogradatione: & fortior siccitas quādo fuerit in linea septētrionali, & propè zenit capitum, & debilior in oppositione illius, & fortior humiditas similiter, nisi quod frigiditas & humiditas apparentiores sunt in inclinatione meridionali, & infrigidatio hyemis pro similitudine sua naturę temporis. Et scias quòd fortior caliditas planetarū est quādo sunt retrogradi, & fortior frigiditas quādo sūt directi. Et scias effectus planetarū calidorum in declinatione, & in zenit capitis, esse fortiores in parte septentrionali: debiliores verò effectus sui in declinatione meridionali, & oppositione zenit capitis. Et nota quòd natura trium superiorum à tempore sui ortus à Sole vsque ad primam suā stationem est humida, & à statione prima ad oppositionem Solis calida, & hinc vsque ad stationem secūdam

est natura

est natura eorum sicca, & à statione secunda vsque dum ad radios Solis intrẽt frigida, sed natura Veneris & Mercurij quãdo retrogradi fuerint à tempore sui ortus vsq; dũ à retrogradatione dirigantur, erunt humidi: & à directione vsq; dum Soli iungantur calidę, & à cõiunctione Solis & occasu eorũ in quo stent ad retrogradationẽ erit natura eorũ sicca, & à tẽpore retrogradationis vsq; dũ Soli iungantur, erit frigida. De natura verò Lunę, à prima. 4. mẽsis fit eius natura calida & humida. Sed magis humida cũ fuerit in hac quarta ascendẽs, in circulo suę augis multo humidior erit ĩ quarta prima circuli. In quarta verò mẽsis secũda erit calida & sicca: sed magis calida, si tũc ascendens fuerit in calore superfluo, si descendens natura eius sicca & calida æqualis erit. In tertia verò quarta frigida & sicca, & si fuerit ascendens eius siccitas, confortabitur & mutabitur eius frigiditas. In quarta verò quarta mẽsis erit frigida & humida, & magis frigida: si ascenderit: frigus cum modico calore abundabit, sed humiditas aliquando vincet. Item nota quòd fortior natura est in medietate septẽtrionali & apparẽtius factũ, cum fuerit similis naturę temporũ. Et si fuerit in aliqua ciuitate cuius latitudo sit. 9. graduũ vsque ad. 60. gradus, & sunt ciuitates in quibus fiunt pluuię: sed in alijs prę multitudine caloris & frigiditatis, nõ est apud illos nisi calor, siccitas, & gelu. Si vis prædicere de pluuia secũdũ vim & debilitatem, parum & multum. Considera primo naturam temporis, & secundũ suam vim & debilitatem, secũdũ quòd dixi de gradibus naturarũ tẽporis, & ciuitatũ: si fuerit natura tẽporis tui ĩ sũmo frigiditatis & humiditatis, tũc fortior significatio planetarũ significabit cũ fortiori significatione pluuiarũ. Si verò fuerit natura tẽporis tui cũ æqualitate frigoris & hũiditatis, tũc magis significatio mediocris erit super vires secũdũ significationem aquæ. Et cũ hoc sciueris inspicias naturã Veneris & Martis, si fuerit frigidi & humidi, aut calidi & humidi, & ĩter eos fit ap-

plicatio ab opposito, aut aliquo cõtrariorum: & erit illa applicatio latitudo eorum vna, & erunt continui cũ Sole, aut vnus eorum. Et considera applicationem, Lunæ cum Sole, & centrorum prænominatorum & concordantium. Si enim fuerit natura Lunę, similis naturę illorum, signum est aquæ. Sed vis sua, & debilitas si concordauerit illis duobus in figura & non retrogradi, & fuerit illud tẽpus vernale, aut æstiuale, erit enim aqua multum fortis: & cum hoc tonitruum, fulgur, grando, ventus multum, & erit multitudo & paucitas secundum propinquitatem vaporum terræ, & frigiditatis, & venti, & caloris secundum quòd concordauerit latitudo Lunæ & mansio sua à Sole, & pars & natura temporis. Et si fuerit hæc figura in hyeme, aut autumno, & non fuerint retrogradi, erit aqua debilis distillans durante tempore, & multitudo siccitatis. Et si fuerint retrogradi in latitudine septentrionali, & in tempore vëris, aut æstatis, erunt in vëre in summo huius quòd dico: in æstate minus pro fortitudine caliditatis suæ in aëre per modũ appropinquationis suę terrę, aut erũt in fundo eccentricorum suorum, aut si fuerint in declinatione septentrionali, erit minus quòd dico: sed in declinatione meridionali plus, & calidiores si erũt retrogradi & in fundo eccentricorum. Et si tunc fuerit applicatio Lunæ cum Sole ab opposito duorum planetarũ similiter in vëre erit finis rei: & in hyeme & in autumno minuetur parum. Et si in coniunctione planetarum fuerint, & duo planetæ continui, vnus alio ab vno centrorum: & natura Lunę fuerit similis illis, & fuerit in vëre, & hyeme, id est signũ pluuiarum. Si fuerit in vëre & in æstate, signũ est frigiditatis, & tonitruorum multorum cum aqua. Et si fuerint duo planetę coniuncti, & cũ Sole in centro: & concordauerit illis Luna in natura, id erit signũ pluuię sicut dico: sed centra & hora quando figurantur vel tempus, vel Luna adiuuans naturam suam: si fuerit planeta alius in similitudine naturæ eorum augmentabitur

tabitur

tabitur res ipsa: itaque fit quasi quoddam diluuium, & si fuerint omnes planetæ significantes, pars eorum partem cum natura, & fuerit pars eorum de parte in partem in centris prædictis. Et si concordauerit quòd sint retrogradi in hyeme, aut autumno, in declinatione meridionali, erit de roribus, & pluuijs, quòd interficiet populos, & ciuitates. Et si fuerint in ęstate, & vere, & retrogradi in inclinatione meridionali, erit similiter, nisi quòd non communicabit res cum omnibus locis, & erunt cum hoc tonitrua, & fulgura, & grando fortis. Et si fuerint in quarta æstiualis circuli retrogradi in tēpore æstiuali, nec erit significatio super aquam, fiet siccitas summa in climatibus septentrionalibus, & calor fortis qui interficiet populos. Et præcipuè illos qui erunt propè æquatorem diei. Cum fuerit significatio pluuialis duorum planetarum, & fuerit significatio consumens de tribus planetis, nec erit quicquàm. Et cum fuerit significatio pluuialis, de duobus planetis, aut tribus, aut quattuor, in æstate, erit summe mitis aura, & pauca caliditas, nec erit aqua multa, nisi sit significatio de quinque planetis. Sed multus error est in quibusdam locis, & climatibus, super ista, propter obscuritatem, & grauitatem processus notationis horæ pluuiæ, & illud est quando planetæ erunt in summo ad significationem superfluam, & Luna similiter in loco significationis, & applicationis gradus ad gradum, de centris à Sole, & planetis, cum ascendentibus climatum: & erunt ascensiones super horizontem aliquorum, & illud erit signum horæ pluuiæ in illo, super quem ascendit. Et si flauerit ventus à parte in qua ascendit supra directum, non accidit illi ventus, & est in summo significato illi cui erat Luna in illa hora in angulo terræ suæ, quando fuerit cum planetis, super quos ascendebat, in linea æqui distante, æquatori diei. Et forte fuit in ascendente ascendens super horizontem aliorum: & hoc si fuerit abscissio supra

b iii punctum

punctum quòd ascendebat, cum Luna in signorum circulo, & cum fuerit summum, similiter non fuerit Luna in medio cæli sui: & si Sol tunc fuerit ascendens res multiplicata erit. Et quando fuerit aliquis planetarum in angulo terræ suæ, aut orientalis, aut occidentalis, aut in medio cęli: & fuerit res durans donec cadent planetæ significatores cum adiunctione sua, ab angulis suis. 4. debilitauerit, nisi quòd humiditas durauerit, quantũ durat Luna, aut Sol, aut planetæ significatores applicari pars eorum parti, & erit res secundum numerũ planetarum ad angulos terræ suæ, tunc quando ceciderit etiam, & Luna, & planeta à parte & de gradibus. Dum manserint planetæ, & Sol, & Luna in angulis suis. 4. non erit aliquid nisi applicauerit, & fuerit sicut illa natura pluuialis, & erunt in digniori significatione gradus cum gradu planetæ, & Sol, & Luna in aliquo angulorum. 4. Et similiter illis plagis, nisi quòd ab applicatione gradus cum gradu, & numerus planetarum ad angulos suos non erit secundum quòd prius fuerit res de viribus sed minor multũ, nisi infortunetur significatio alia ab illa, & erit ipsa in se. Et cum fuerit Sol in hora principij significationum in medio cæli sui debilitabitur res, & minuetur: & quando fuerint loca eleuata, erit significatio fortior, & quando depressa erit res in humiditatem durans dum compleantur naturæ, & separentur planetæ, & Luna à centris prædictis. Et cum fuerit in hora applicationis gradus cum gradu planetæ, & Luna cadens ab angulis horizontum aliquorum debilitatur significatio apud eos, & tunc erunt nubes, & cum fuerit Sol in horizonte orientis, & Luna, & planetæ significatores in horizonte occidentis sui, & Luna in horizonte orientis & aliquis planetarum in angulo terrę suæ, aut in medio cæli sui in hora applicationis, signum est pluuię. Et scias quòd debiles significatores non significant, nisi in litoribus maris, propter multas depressiones, nisi rores & nubes

bes significant in locis eleuatis. Et cum fuerit Sol, & Luna, & planetæ, pars eorum cum parte in centris pluuialibus prædictis in hora applicationis gradus cum gradu, erit pluuia. Et quando fuerit aliquis planetarum cum Luna significantes in aliquo angulorũ cũ aliquibus planetis si solutum fuerit super zenit suũ debilitatur significatio. Et scias quòd quando fuerit significatio pluuialis in aliquo locorum, nec erit in aliquo loco illic dum venerit ventus septentrionalis ad meridiem supra populum, scient quòd significatio erit in parte septentrionali ab illis. Si autem venerit ab occidente ad orientem, scient quòd in parte occidentis & absentatur ad se: quando verò ab oriente ad occidentem, scient quòd ex parte orientis suæ: aër enim soluitur ad partem frigidam, & humidam constrictá de parte caloris. Quapropter dixi, quando errauit modus prædicendi cum ventis secũdum vim modi, & de roribus, & pluuijs, prædices cum Ioue, & Mercurio. Si enim fuerint calidi, & humidi, aut frigidi, & humidi, & erit inter eos applicatio de centris, & de Sole, & Luna, & concordauerint applicationes pars partem in hora temporis vnus de quarto, & alius de trino: & similiter in coniunctione illa, hora est pluuię. Iudica in illis, & viribus, & debilitatibus suis, sicut iudicasti de Venere, & Marte, similiter in directione, & retrogradatione, & statione sua partis à parte, & hora significationis suæ, in locis: nisi quòd significat minus quam Mars, & Venus. Similiter inspice Saturnum, & Solem, & naturas suas: si fuerint frigidi & humidi, aut calidi & humidi, iudica cum applicationibus & mansionibus suis, sicut cum Ioue & Mercurio, cum Venere & Marte, nisi quòd illiud quòd significat minus est quam quòd Iuppiter & Mercurius. Deinde inspice quoslibet dominos similiter & vires significationũ, maior autem significatio & fortior est quando vni significationi adduntur aliæ: vt si fuerint quattuor significationes, aut. 5. aut. 6. similiter

erit res addens quando vſq; ad.7.vt dictum eſt.Et ſcias quod ſignificatio trium, cómunis eſt in omni loco, ſimul,4.5.6.7. nec fallit vnquam à tribus vſq; ad.7.& ſunt vires ſuæ ſecundum modum elongationis loci ab æquatore diei. Scias quòd fortior ſignificationum forte decipiet te in æſtate in parte ꝑdictionis in locis in quibus ſunt aquę,& in vëre forte media ſignificatio.Sed in autumno debilior nunquam fallit, niſi de parte roris ad horam in parte verò generationis, non mentietur quicquam.Et ſcias quòd ſecundũ ſitum in locis zodiaci,& appropinquationis, & elongationis ſuæ à terra, & motus in additione,& diminutione, & latitudine, & ſeptentrione,& meridie, & euaſione à radiis,& æqualitate angulorum 4.vel ſecundum latitudinem loci apud principium applicationis cum centris gradus ad gradum, eſt ſublimior, & longior inueſtigatio,cum certitudine illarum horarum pluuioſarum ſecundum diminutionem illius ſcientiæ, cum reuolutione ſignorum & horarum. Et ſcias quòd ſignum roris, & pluuiarum eſt quod fit in horis coniunctionis luminarium ſignificatio pluuialis,& illud eſt fortius omni menſe, aut hora poſitionis Solis in centris: quæ centra mutant tempus de natura in naturã.Si vero ſignificatio fuerit pluuioſa, illud eſt fortius in omni quarta,quod facit mutationẽ ad aliud tẽpus. Oportet enim ꝙ pronoſtices de Sole ſecũdũ ortũ,& occaſum ſuum.Quando enim oritur clarus abſq; nubibus,& tenebris, ſignum eſt ſerenitatis.Et quando apprehendit cũ corpore ſuo circulũ multorũ colorũ,vel vergens ad rubedinẽ, aut exierint radij rubri extra vel intra circulũ, erit tenebra ſpiſſa,quæ erit in circuitione ſua,quaſi rutilãs,aut erit ad aſperitatẽ decliuus ſignum eſt ventorũ vehementiũ,Cũ vero orietur & videbitur quãtitas corporis maior,& erit in nube,aut radij ſint tenebroſi in hyeme,illud ſignificat pluuias,aut niues.Cõſidera etiam Lunam ante nouiluniũ,plenilunium, quadraturam, per tres

dies ante

dies ante & post. Cum enim omnimode claram non circundatam aliquo videris, significat serenitatem. Si autem fuerit aliquantulum rubea, nec erit in corpore suo lumen manifestum, & erit quasi moriens, signum est větorum accidentium de parte declinationis suæ, & quando erit nigra tendens ad fuscum, & palidum, & crocicies in ea est, significat pluuias, & ventos terribiles. Inspice etiam in circulis, & areis Lunam circundătibus qui sunt circa: si fuerit vnus, & albus, & purus, signficat serenitatě. Si duo, aut tres, significant hyemes, & pluuiam. Si multi & orientales, significăt nebulas. Si occidentales & eleuati, ventos. Et quando fuerit grossities tenebrarum, significat niues, & pluuias in hyeme. In æstate verò tonitrua, & fulgura. Et cum fuerit in eis fuscitas, & nigredo, significant hyemes longas, & fulgura multa. Et fortius quando sunt valde splendentes. Similiter rubedo apud ortum, & occasum Lunæ, quando fuerit cum nubibus in orizonte, signum est aquæ, quando fuerit in septentrione, fulgur absq; nube significat, similiter quando videbis Lunam cum circulis claris, significat ventos septentrionales. Quando verò cum circulis densis, dic ventos meridionales. Similiter est de planetis cũ videris eos addětes in lumine, & maiores quã fuerint signum est ventorum, & erit in illa parte septětrionis vel meridiei in qua fuerit planeta. Et quando videris illum qui est ante luminare, & cælum clarũ videris inquã tenebrosum planetam, & spissum, significat aquam & nubem. De circulo autě dixit aliquis, quòd significat siccitatem, dico tamen quod in circulo nigredo, & tenebræ, significant siccitatem fortem, & ventos in qua parte apparuerint. Et est duratio sua secuudum quantitatem luminis, & tenebræ. Et si fuerit de partibus oppositionis, significat ventos, Si in partibus quarti aspectus, significat pluuias in hyemæ similiter.

Capitu-

Capitulum ſextum de accidentibus & pluuijs ſecundum dicta ſapientum.



Ixerunt quãdo Sol, & Iuppiter, & Saturnus ſunt in aliquo ſignorum aquaticorũ, & cauda cum illis fuerit, aut Venus, timẽdum erit in illa parte ſigni de pluuijs multis, cum torrentibus corrumpentibus ciuitates, & hoc cũ coniuncti fuerint in hyeme. Et ſi in æſtate, erũt, & nubes, & grando: & erit hoc, ſecundum manſionem Lunę, cum illis. Et ſi inuentus fuerit Sol cum Saturno, & Ioue, & Marte, in vno ſigno aqueo: erit ſignum pluuiæ: & torrẽtium, & nociuior pluuia, & fortior, quando coniugentur & Sol, & Mars, in ſigno aqueo, ſicut oſtẽdit. Et quãdo aſpexerit eos Saturnus ex quarto, aut cõiungetur eis. Et ſi fuerit in ſigno aqueo, inſpice Venerem quando intrabit ſub radiis Solis, erit pluuia multa: eſt enim ſub radijs, vt mulier ſub viro. Et dico quod planetæ generãtes pluuias ſunt: Venus, Mercurius, Luna: Veneris verò & Lunæ effectus, eſt humidus. Mercurij autem potius ventoſus. Propinquior tamẽ & fortior in pretio humoris, & aquę in nobis, eſt Luna: eo quod circulus ſuus eſt propinquior terrę. Et cum ea completur iudicium: quando addat ad ſignificationẽ planetarum, contemplare illud. Dixerunt etiam ſapientes quod manſiones ſignificantes humorem ſunt decem, & ſunt: Aldebaran, Aldarhau, Algebaha, Alcharfatin. Algafaru, Alcabene, Alikebil, Alnahaumi, Alkahabhu, Fargus poſtremus. Et in nouilunio quãdo Luna erit in ſex illarũ, ſignificat pluuiam, & multas nubes, ſcilicet Aldebarã, Alcharfatin, Alcabene, Alikebil, Alcahabhu, Fargus, ſex aliarũ ſunt ſiccæ, Barmi, Alhakaatu, Alcharfu, Alkebu, Alakchameta, Alfaragu cæterę ſunt temperatæ: & ex illis tres ſunt roridę, & magis pluuioſę, quam aliæ humidæ manſiones, Alcenmaau, Alahakatu Alchocaden. Qui autem ſcire voluerit de generatione pluuiæ in

uię in hora consummationis suę,& qualiter sit secundũ cõmu nitatem, inspiciat quando coniungitur vnum, luminarium alij,quando fuerit in vno signo de duodecim, sumat à primo minuto ad vltimum Solis,& Lunæ,& videat quãtitatem gra= duũ,qui sunt: & diuidat vnicuiq; mãsioni.13.gradus, & tertiã vnius, incohando ab Ariete, vbi vero finietur numerus, erit humiditas, aut siccitas, aut medium quoddam. Scias hoc similiter operari cum planetis. Considera horam cõiun= ctionis Solis,& Lunæ,& accipe, à primo minuto Arietis, ad gradum cuiuslibet planetæ,in loco suo, deinde vide quot gra dus sũt,& da cuilibet mãsioni.13.gradus,& tertiã,partẽ vnius, inchoãdo à Cancro,vbi terminabitur tũc in illa mãsione,erit planeta,significans secundũ qualitatẽ illius mansionis. Scias ergo quod reffero de loco planetarum ab istis mãsionibus,hu miditatem,& siccitatem, deinde operare illud omni mense, quantum in coniunctione & oppositione & in duabus quar= tis,Dirige itaq; ascendens in illa hora,& in illis temporibus, cum verò loco Solis & Lunæ,& planetarum: nec te lateat im= pedimentum partis eorum ad partem, & complexio applica= tionis suæ,quando planeta aspexerit Lunam, aut coniunge= tur ei,significat generationem pluuiæ, præcipue, si aspexerit eam aliqua infortuna,aut cõiungetur ei,& fortuna aspexerit partem illam,& applicuerit Luna iens ad eam,quando consu mabit Luna cum ea, erit hora pluuiæ. Et Luna quando cum Saturno, aut aspexerit eũ à centris siue mãsionibus humidis erit pluuia leuis,morans.Et si fuerit cum Marte significat plu uiam & tonitruũ,& fulgura,& grandinem. Si cum Mercurio fuerit,erit pluuia, ventus fortis, pluuia interpollata, multæ variationis. Et si fuerit Sol, & Luna,in eadem mansione,si= gnificat pluuiã multã. Significatio aturni sup pluuiã, est nu bes nigra. Iouis croceitas aëris, & ventus mitis. Martis nubes crocea,rubea,cũ mixtione albedinis. Mercurij nubes pallida,

aut fu=

aut furiosa. Lunæ singularis nubes alba, multæ aquæ, &aër calidus. Solis nubes crocca. Venus verò imbres, & significat humiditatem, & rores, & nebulas. Cum ergo Venus, & Mercurius, & Luna in aliqua illarum mansionum.10.humidarum fuerint, significant pluuiam multam. Et quando fuerit Luna in aliqua mansionum humidarum, nec aspexerit eam Venus, nec Mercurius, non significabit pluuiam. Et si cócordauerint Venus, Mercurius, & Luna in aliqua istarum. 10. significant pluuiam multam. Scias præterea loca applicationis Mercurij, cum tribus superioribus. Et cum quo applicat, & à quo separatus fuerit. Si cum Saturno, erit ventus fortis, cum tenebra nigra, & pluuia. Si cum Ioue, significat ventum mitem, absq; pluuia. Si cum Marte, ventos calidos. Si cum Sole, ventum calidum, cum corruptione. Si verò applicet, cum Saturno, significat pluuiam, & forte erit grando, cum ea aqua parua, & quasi puluis similis pluuiæ, non residens in ea. Et cum fuerit Sol in.20. gradu Scorpionis, considera applicationem Lunæ cum planetis. Si enim applicauerit Veneri, & Mercurio, significat multas pluuias in illo anno. Et si fuerint Venus, & Mercurius, in signo aquęo in illa hora, signum est quòd sint pluuiæ, in principio anni. Et si fuerint Venus, & Mercurius occidentales, aut orientales in aliquo signo aquęo, significãt multas pluuias futuras in postremo anni. Et si fuerit alter eorum orientalis, & alter occidẽtalis, & ita quòd ambo sint in signo aquęo, ambo significãt generationem pluuię in principio anni, & in fine paucam siccitatem, vnde etiam antequàm applicetur Luna cum Veneræ, aut cum Mercurio, aut cum orientali, aut cum occidentali. Si fuerit applicatio sua cum orientali, significat quòd erit pluuia, in principio anni, plusquàm in fine. Si cum occidentali, plus in fine, quam in principio. Et est alius Modus, quando Mercurius applicuerit cum Marte: erit pluuia interpollata, & ventus, & fulgur. Et quando Venus

cum Ioue,

cum Ioue, erit pluuia larga,& descendens,proficiens. Quando Luna cum Saturno, significabit nubes nigras cõculcatas, vna pars scilicet erit conculcans aliam. Quando cum Marte, significat nubes intercisas, cum gelu,& fulgurę, tempore suo. Et forte apparebit arcus, nec erit pluuia communis. Quando verò Luna applicabit cum Venere,& cum Ioue,erit nubes alba,& ros magnę vtilitatis tempore suo.Quãdo Luna cũ Mercurio,erit nubes pallida coloris fumosi, & bonus ventus cum pluuia.Modus alius,inspice in hora coniũctionis,& pręuẽtionis,& quarta prima, & secũda ad Lunam,cum quo applicatur illa hora. Si cũ Venere, & Mercurio, significat generationem pluuiæ in illa septimana, & hora illius erit,secũdũ quãtitatem graduũ, q̃ sũt, inter Lunã & planetas duoş, quibus applicatur, & ponã scilicet gradum pro die,& minutũ pro hora. Et quãdo Luna consequitur gradũ illius planetę cui applicauerit,& Venus in Scorpione,aut in Capricorno,aut in Aquario, erũt pluuię multæ.Similiter quando Mercurius stat in aliquo illorum trium,significat pluuiã.Et quãdo fuerint Venus & Mercurius in prædictis signis,& Luna opposita,aut cõiuncta illis, aut in quadratura sua,significat pluuiam.Modus alius,quãdo Luna intrabit Cancrum in hora Solis, aut Virginem hora Veneris, aut Sagittariũ hora propria, aut Geminos hora Mercurij, aut Taurũ, hora Martis, aut Leonem hora Iouis, aut in Libram, significat pluuiam,& ventum secundũ naturam signi,& quòd erit de substãtia sua & de substantia istorum signorum.Erit similiter alius breuis modus. Cõsidera ascendens cõiunctionis mẽsis arabum, & quis planetarum est ibi:si fuerit ibi fortuna, fiducia erit de pluuia, si infortuna, non erit, similiter de alijs angulis ab ascendente, & inspice quando Luna erit in opposito gradu ascendentis coniũctionis, & aspexerit eam aliquis planetarum significantium pluuiam, erit pluuia.

Capitulum septimum de naturis dierum in prædictis.

CVm volueris ſcire quid ſit in quolibet die de pluuia, ventis, tonitruis, grãdinibus. Accipe à Sole ad Saturnum, & proijce de ſigno Lunæ, vbi terminabitur numerus : vide quis planeta erit in illa domo dominus : ſi fuerit domus Saturni, erit illa dies frigida. Si Iouis, ſerena, & mitis. Si Martis, vẽtus fortis. Si Solis, dies calida. Si Veneris, pluuia, & ſi Mercurij, variabilis. Si Lunę, pluuia. Et ſcias quòd, planetæ calidi ſunt, Mars, Sol, caput draconis. Frigidæ verò ſtellæ, Saturnus, Iuppiter, Venus. Et quando obuiabit Luna cũ ſtella calida, accelerabit ventus, & calefiet aër, & quando cum frigida ſtella, veniet ventus lentè, & infrigidabitur aër. Inſpice etiã ad partes dierum, ſcilicet quantũ accidit à gradu Solis, ad gradum Saturni, & proijce de gradibus Lunæ, verſus ortũ Solis, totam diem, & ſi ad hãc partem Mars aſpexerit, aut ſi illic acciderit cum Mercurio, in illa die erit vẽtus : & fortius ſignnm eſt, ſi ſit Luna cum eo, & præcipuè, ſi participauerit Venus, & etiam eſt de complemento directionis aſcendentis, quando fuerit Luna in primo minuto ſigni, vide quis planetarũ aſpicit eam, & iudica ſecundum hoc, ſignificabit enim ſuper additamentum ſcientiæ rerum aëris. Modus alius ſignificabitur de parte luminarium, in diuerſitate modorum ſuorum in hoc quòd eſt inter coniunctionem & plenilunium, in quadratura prima, vel ſecunda, & quando erit medietas corporis Lunę illuminata : & fuerit in trino, vel ſextili à Sole, & inſpiciat ipſa ad planetas in illa hora, & loca ſua de parte luminarium, & aſcendentium, & angulos ſuos, & aſpectum planetarum, & applicationem partis eorũ cum parte, & ſcias digniorem eorum ſignificationem ſecundũ naturarum ſuarum qualitatem, & vim, & complexionem ſuam, cum vi planetarũ, & ſignorũ, & ſcietur quid accidet in aëre de ventis, tonitruis, grandine, motu, & quiete, & etiam ſignificabitur cũ ſtellis fixis apud orientalitatem, & occidentalitatem ſuam & mutabũt aëra ſicut

Luna quando

Luna quãdo fuit in angulo, & significant supergenerationem pluuiæ, & niuis, & venti, & nouiluuium, & absconsio sua, secundum quantitatem inclinationis ad septentrionem, & meridiem, & orientem, & occidentem, & latitudinem partis ad partem, de parte quartarum circuli, quibus inest ventus humidus, & siccus. Qui verò scire voluerit accidẽtia in aëre, inspiciat quòd dico.

Capitulum octauum, de quattuor temporibus, & mutatione, & circuitione aëris, in caliditatem, & frigiditatem.

Diuersitas aëris totius anni in calore, & frigore scietur ab ascendente coniunctionis, vel præuentionis luminarium, & à loco coniunctionis, vel præuentionis, quę fuerit ante introitum Solis in Arietem, & à loco luminarium in figura, & similiter à locis planetarum. Vnde, si Saturnum inueneris in aliquo angulorum ab abscendente, aut in aliquo angulorũ domini ascendentis, firmum in eodem loco, aut in aliqua dignitatum suarum, & maxime in angulo medij cæli, significat diuersitatem in aëre, & damnum, & tenebras, & in tempore caloris, minuit calorem, & in tempore frigiditatis, auget frigiditatem. Si verò remotus fuerit ab angulis, erũt tẽpora stabilia, & æqualia, sicut esse debẽt. Cum Saturnus fuerit in angulis à domino ascẽdentis, minor & debilior, erit significatio sua, quam in angulis ab ascẽdẽte. Et si fuerit Mars hora coniũctionis, vel oppositionis pręcedentis introitũ anni, in angulo ascendentis, aut in aliquo angulo angulorũ domini ascẽdẽtis collocatũ, firmũ, & ĩ aliqua dignitatũ suarũ, & maxime in ãgulo medij cęli, augmẽtabitur caliditas, & hoc si fuerit tẽpus calidũ, & minuetur frigiditas, si fuerit tempus frigidum, & inclinabitur natura temporis, si fuerit tempus æquale, scilicet autumnus, vel Ver ad calorem. Et quãdo Mars fuerit in angulo domini ascendentis, minor & debilior erit significatio sua,

quam quando erit in angulo ab aſcendente. Et ſi Iuppiter & Venus inuenientur in aliquo angulorum aſcendentis præcedentis introitum Solis in Arietem, collocatii in parte dignitatum ſuarum, & maximé in medio cæli, mitigabitur aër, & creſcet quidquid fuerit eo tempore plantatum, vel ſeminatum, & aſpice ſimiliter Mercurium, quia ſi eum inueneris in medio cæli ab abſcendente coniunctionis, vel oppoſitionis, & fuerit in aliquo ſignorũ aëreorum, & aliqua fortuna fuerit in aliquo angulorum Mercurij, ſignificat diuerſitatem in aëre, & ventos multos, & damnabiles, & hoc modo iudicabis quãdo inueneris aliquam fortunatũ in angulo à Mercurio, aut Mercurium in angulo à fortuna, quia in hoc tantum valet quãtum fortuna fuerit in ſigno coniunctionis. Vnde quãdocumq; inueneris planetã in angulis ab abſcẽdente cõiunctionis, aut in ſuccedentibus, pone eũ pro ſignificatore, poſtea inſpice cuiuſmodi commiſtionis ſit, ſcilicet cum Saturno & Marte. Et ſi inueneris eum mixtum de quarto, vel cõiunctione, vel oppoſitione cum Marte, & Mars fuerit in aliquo ſignorum igneorum creſcit calor in tempore caloris, & minuitur frigus in tempore frigoris. Et ſi aſpectus fuerit de trino, vel ſextili, cum Marte, & Mars fuerit in ſignis igneis, ſignificat id quòd diximus, ſed nõ tãtum. Et ſi ſignificator habuerit cõmixtionem cũ Saturno de coniunctione quadratura, vel oppoſitione, & Saturnus fuerit in ſignis frigidis & ſiccis, aut frigidis & humidis, creſcit frigus tempore frigoris, & minuitur calor tẽpore caloris. Et ſi aſpectus fuerit de trino, aut ſextili cum Saturno, & fuerit in ſignis antedictis, ſignificat id quòd diximus, ſed non tantum. Et ſi Saturnus fuerit in ſignis calidis & humidis, quæ ſunt Gemini & eius triplicitas, & habuerit commixtionem cũ ſignificatore, complexionabitur cum eo ſignificatore de oppoſitione, aut quadratura, aut coniũctione, ſignificat mitem aërem & bonæ complexionis. Et ſi hæc mixtio fuerit de trino, vel ſextili, eo

existente in signis supradictis est maior & maioris tēperiei,& cōplexionis melioris. Similiter si Mars habuerit cōmixtionē cū significatore, & fuerit in signis frigidis &siccis,aut frigidis & humidis,& commixtio fuerit de quadrato,cōiunctione,vel oppositione,temperat aërem & facit illū bonæ complexionis. Et si aspectus fuerit de trino, vel sextili, eo existente in signis prędictis,tēperantia erit maior,& crescēt omnes res quę generantur & nascūtur. Et adiuua te in hoc à parte aëris,& vētorū participāte,cū significatore. Et si Saturnū.aut Martē inueneris cū Luna vel eius domino, iudicabis ab eis sicut ante diximus, per existētiā eorū in angulis, & aspectibus significatoris,hanc enī partē accipies à gradu Mercurij,si non fuerit in domo sua accipē suosmet gradus & minuta addēdo eos gradus signi ascendētis,& proijce ab ascendēte,& vbi applicuerit ibi est pars, & idem facies in introitu in quartis quę sunt Aries,Cācer,Libra, Capricornus. Similiter fac in introitu Solis in quòdlibet signū. Significatio autē pluuiarū,& tonitruū, & fulgurū & vētorū,& multitudinis,& paucitatis suę, vide ī hac re ab introitu Solis in.20. gradum Scorpionis & apta ascēdēs ad illud tēpus & augulos residuos, & loca planetarū eadem hora, & cōsidera Venerem,Iouem,& Mercuriū,si fuerint occidētales, aut tardi incessus,aut retrogradi, significant supra multos rores & pluuias in illo anno, & si fuerint orientales, aut directi,aut velocis incessus, significant ęcontra. Et considera Martem, si fuerit in aliquo angulorum præcipuè in medio cæli, in signis aëreis, & si habuerit aliquam commixtionem cum Mercurio,significat tonitrua coruscationes,& pluuias damnabiles,& hæc mox venient,mox recedent,& significat locustas,& damnum in aëre. Et si Mars fuerit in angulo terræ ī signo aliquo terreo, & fuerint fortunę remotę ab ipso,& Mercurius respiciat Martem,& Mars habuerit cōmixtionem cum Mercurio,significat terremotū,& apparitionē igneā,& res expauescendas, & dam-

num in minerijs terrę. Si fuerit Mars in angulo terræ in reuolutione anni, & in signis calidis, & ceciderit ab eo fortuna, & respexerit Mercurium, significat combustionem terræ, & corruptionem substantiæ suę, & combustionem seminũ. Si autem secũdum quòd dico fuerit in signis aquæis, & in angulo terræ, significat damnum aquæ, & corruptionem eiusdem, & omnium animalium aquatilium, & si fortunæ habuerint commixtionem cum eo, minuent & prohibebunt damnum tonitruorũ, & corruscationum in illo anno, & si fortunæ cum illo nullam commixtionem habuerint, faciet tonitrua, & corruscationes, & multos radios, & damna in illo anno, & si fuerit loco Martis Saturnus, præcipuè si fuerit in medio cæli, & in signis aëreis, & habuerit commixtionem cũ Mercurio, & fortunæ ab eo remotæ fuerint, significat damnum in aëre, multas pluuias damnabiles, & durabiles, & si fuerit Saturnus in angulo terrę & in signis terreis, & habuerit commixtionem cum Mercurio, & fortunę ab eo remotę fuerit, accidet terręmotus, & apparebunt super terram, aquæ multæ, & magnæ, & si fuerit in signis aquęis & sub terra, in angulo terrę, & remotę ab eo fortunæ fuerint, & habuerit commixtionem cum Mercurio, minuentur aquæ riuorum, puteorum, & fontium, & in omnibus aquaticis animalibus, detrimentum inferet, & si fuerit in signis calidis, in angulo terræ & ab eo remotæ fuerint fortunæ, & habuerit commixtionem cum Mercurio, significat damnum in terra, & in proprietatibus & minerijs eius. Et si Mercurius non habuerit commixtionem cum eo, erunt significationes prædictę minores & leuiores, & si habuerit cõmixtionem cum fortunis significatoris anni, temperabitur & minuetur malum & damnũ quòd prædiximus. Et scias quòd quilibet ex planetis superioribus habent vnum statum, & planetæ inferiores habent alium, quoniam altiores sunt sicut spiritus, inferiores verò, sicut corpora, & nulla generatio fit, nisi per appli-

per applicationes & commixtiones eorum vnius cum altero, & superiorum cũ inferioribus. Modus alius inquit Mesalach, Inspice in reuolutione anni quando Sol ingreditur primum minutum Arietis, & constitue ascẽdẽs in illa hora, & angulos, & loca planetarũ, & vide quis sit fortior in figura, qui si fuerit fortuna aptabitur tempus. Si vero fuerit malus & impeditus, significat malũ. Et similiter fac in quartis anni, & in ingressu Solis in quodlibet signum. Et scito quòd planetæ cum plures coniuncti fuerint in signis aquaticis in reuolutione anni, significabunt multitudinem pluuiæ, & in signis igneis, significabunt superfluitatem caloris, & siccitatis, & terræ sterilitatem, in aëreis significabunt multitudinem ventorum. Et in terreis significabunt gelu atq; niues. Et similiter in quartis anni, cum fuerint planetæ in locis frigidis, significabũt grauitatem frigoris, & minutionem caloris. Scito quoque cum præfuerit illis Mars, vel Saturnus, & non aspexerint eos fortunæ, significabunt multitudinem guerræ, & destructionem climatum, Item etiam cum fuerit Mars quartæ æstiualis dominus, & fuerit in aliqua domorum Mercurij, significabit multitudinem pluuiarum & pestilentiarum. Et scito quoq; quòd grauitas siccitatis, & terræ sterilitas, vel penuria annonæ non fit mihi ex commixtione planetarum in signis igneis. Quando Mars manserit in calido signo, addet caliditati suæ, Saturnus autem minuet. Sed quando Saturnus erit in terreo, addet frigiditati suæ, Mars autem minuet, Mars in aëreo addet caliditati suæ, Saturnus verò minuet ex ea. Saturnus in aqueo, addet frigiditati, Mars minuet eam. Hæc sunt positiones Saturni, & Martis in.12. signis in quibus qñ sunt mutãt aëres suos, & quilibet planeta qui erit in reuolutione anni sub radiis, significat debilitatem climatis sui, & corruptionem morum suorum. Et cum substantia Veneris, & Lunæ sit humida, & Mercurij potius vẽtosa. In reuolutione, Luna & Venus decernũt pluuiam,

Mercurius

Mercurius ventos,& ita fit impressio aëris quæ est etiam fortior secundum positionem accessum & recessum Lunæ à Sole in circulo signorum, qui diuiditur in.360.partes, quem Luna scindit in.27. diebus, &.8. horis fere, Vnumquodque.12. signorum habet duas mansiones & tertiã partẽ. Arietis itaq; signum habet duas scilicet Nathu quæ & Saran appellatur & Batini & tertiam Eoriæ & hęc cõsideratio huiusce modorum In Tauro sunt secũdæ tertiæ Eone & Dabatan & secundę tertiæ Hakaaru quæ & Meisen dicitur Eiusdem vero tertia residua est in geminis & Naihetu & Carhao tota. In Cãcro Natretu & Carsu & tertia Gabietu.In Leone secundę tertiæ eius & Karaten & secũdæ tertiæ Iearafatin. In Virgine tertia eius Ethanę & Schamhot.In Libra,Garafu Eubene & tertia Ikilil In Scorpione secundæ tertiæ eius & Kalbi & secundę tertiæ Xanelen.In Saggitario tertia eius & Gahanu & Boledetu.In Capricorno Cohou & Dualcabay Coondubalagi & tertia Coonalcond.Iin Aquario secũdę tertię eius & Coonalkabieti & secũdæ tertiæ primi Fargus. In Piscibus tertia eius & Fargus postremus & Batane.Et posuerunt sapiẽtes humidas mansiones,quartam,septimam,decimam,duodecimam,quindecimam,decimamsextam,decimamseptimam,decimamnonam, vigesimam,vigesimamsecundam,vigesimamsextam. Quandoquidem Luna manet in sex illarum multiplicabitur pluuia & ros & aqua,& sunt Dabaran,Iklil, Carsatai, Eubeuen, Coonduhaleubai Fargus postremus. Sex aliarum sunt sicce nec significant pluuiã scilicet Katun, Hakahacu, Carsu, Calbu,Coondualhakabieti, Fargus primus,Vndecim sunt tẽperatę & medie,scilicet, nec sicce nec humide, inter quas sũt tres forte magis pluuiose,quam sex humide prædictę causa præmissa scilicet Kamekalacel,Alkahatu, Condualciondi.Quãdo etiam ab eodem minuto vnum luminare recedet ab alio partire à primo minuto Arietis ad partem luminaris dando

cuilibet

cuilibet mãſioni.13. gradus,&.20. minuta incipiẽdo à primo gradu Arietis,& cõſidera vbi terminabit̃ numerus. inſpice an ſit in mãſione humida, ſicca,aut temperata? Scias etiam complexiones aſpectus, & applicationes planetarum in illa hora. Similiter fac ĩ omni oppoſitione, & duabus quadraturis. Vnde quando Luna erit in ſigno humido, & planeta humidus aſpiciat eam, aut cõiungetur ei, ſignificat generationẽ pluuiæ. Et pręcipuè ſi aſpexerit eam aliqua infortuna,ſi enim aſpiciat infortuna, aut applicetur ei,iens ad eam quando Luna peruenerit ad eam,erit hora pluuiæ.Et Luna cum fuerit cum Saturno, aut aſpiciet eum in manſione humida, erit pluuia leuis & quieta.Si cum Marte,ſignificat pluuiam cum fulgure,& tonitruo, & grãdine, cum Mercurio,pluuiam cum vento forti interpollato diſtillante. Et ſi fuerint luminaria in eadem mãſione,ſignificant pluuiam multam cum magnis guttis.Dixit Iacob filius Alkindi quando Luna intrat Aquarium, aut Scorpionem,aut Capricornum in hora Saturni,ſignificat quòd illa hora erit mutatio aëris, quando autem pars pluuiæ ſcilicet Veneris, Mercurij, & Lunæ,erit in aliquo ſignorum aquæorum, & dirigetur in illo,habundabit pluuia adeo quòd nocebit populo. Item in reuolutione anni inſpice dominũ & Lunam & partem fortunæ & dominũ partis & participem cum illo, &quis habuerit dominium ſuper omnes,ſi Saturnus,Venus,& Luna,& Mercurius,erit pluuia multa in anno,maximé ſi fuerint in ſignis pluuioſis, ſicut in Aquario, in fine Capricorni, & Arietis, & Tauri, & principio Leonis,& amplius in Scorpione, Piſcibus, & Aquario. Et cũ volueris ſcire an abũdet pluuia in principio anni,aut in medio, aut in fine? inſpice quãdo intrat Sol in Libram, ſi fuerit Venus ſub radijs,& cum hoc ſit occidentalis,ſignificat multam pluuiam in principio, in fine autem paucam. Si autem orientalis erit, pluuia pauca in principio, multa in fine. Si autem fuerit occidentalis poſt illam

Videntur hic pauca adiecta ex Iacob filio Alkindi à ſtudioſo aliquo.

illam horam, per mensem & dimidium significat multam pluuiam in medio anni, & quanto plus erit Venus sub radijs, plus mutabitur aër ad pluuiam. Et si volueris scire diem pluuiæ, reuolue oēs coniunctiones, oppositiones, & quadraturas, & fac sicut fecisti in reuolutione anni. Et accipe in testimonium dominum gradus coniunctionis, aut oppositionis, aut quadraturæ, & Venerem, & Mercurium, & Saturnum, vt accepisti in principio anni. Et vide si fiat aliqua applicatio Lunæ ad partem planetarū aquęorum, & in signis aquęis, accidet pluuia, cum peruenerit Luna per aspectum ad hác partem. Et si fiat in signis mutabilibus, tunc scilicet in consummatione applicationis corporis ad corpus, fiet significatio. Inspice etiá centrum Lunæ in hora coniunctionis ad coniunctionem aliam, quando fuerit Luna in aliquo centrorum, vide quis planeta cum aliquo applicatur, aut separatur, & aspiciet alterum, an vnusquisq; domum socij sui, aut ambo domum alterius dominorum ambarum, aut luminaria inspiciét eos, accidet pluuia in hora qua perueniet Luna ad planetam. Et hora significationis suæ, non erit vsq; quo æque distet applicans, aut mutás in eo quòd est inter signa mutationis aëris. Si aspexerit Mars Mercurium, aut Lunam quando fuerit de natura Martis, accidet tonitruū, & quádo similiter aspexerit Solem & planetam significantem pluuiam, accident tumultus fortes, & venti, & nubes. Et quando fuerit in signis mutabilibus, aut signis habentibus vocem, & fuerit Saturnus in loco Martis, & ambo fuerint, quòd dico de Marte, & Mercurio, præcipuè in signis ablatis carentibus voce, erit pluuia durans, & aër tenebrosus, nec erit in eo motus, nec vox. Similiter fac quádo erit quæstio de pluuia, & hoc sufficit in hoc quòd interrogasti.

FINIS.

Ad candidum Lectorem.

❡ Ante aliquot menses, candide Lector, dum meditarer Alkindi libellum de mutationibus temporis excudendum chalcographo tradere, forte fortuna, incidi in Iaphar tractatum eiusdem argumenti nequaq̃ tibi, & omnibus, qui his naturæ arcanis operam nauare concupiscunt pœnitendum. Quapropter ego, vt in aliis huius generis multis, ita in hac parte volens tibi ex animo commodare, vtrunq; simul imprimendum curaui. Hoc est quod te ignorare nolebam. Bene Vale, & expecta in his rebus maiora per nos ablattis & situ nuper vindicata.

libitum transfert. Hæc quamuis natura neget, elationis tamen arrogantia versum profecto excutiat, Secundario autem assidua scripturarum & minus perfecta ęruditio, verumetiam lectoris industriam non possunt effugere. Quia ergo mi domine antistes Michael, non Solum compendiosa, sed etiam certa, & ad vnguem correcta te semper optare cognoui. Hunc de pluuijs libellum ab antiquo Indorum astrologo, Iaphar nomine ęditum. Deinde quoq; à Tillemo Mercurio sub breuitatis ordine correctum, tuę offero dignitati, vt quòd potissimum sibi deesse, moderni deflent astrologi Galliarum posteritati tua benignitas largiatur,

VNiuersa astronomiæ iudicia, prout Indorum asseruit antiquitas, à Lunari ducatu potissimè manare credũtur. Cũsequenter verò ex eiusdem, cum stellis cæteris, admixtione ducũt originem. Ea enim (vt inquiunt) mũdanorum generationis effectu perfectam, & cęteris pleniorem proprięratem assumunt. Hoc autem inter cætera omnia tanquam vnicum & singulare affirmant, quatenus ipsa, & sui summa, & integra perfectione totius scientiæ, & agnitionis ducatũ, tanquam mediatrix assumunt, quòd apud antiquorum sapientes, multis declaratam constat argumentis. Vniuersa etiam rerum significatio ex stellarum efficacia deluminari contemperatur natura & procedit. Luna namq; stellarũ figuras profecto vendicat, vnde eisdem necessario admiscetur, sicut eidem contemperatur Mercurius. Apud Indos enim inter Mercuriũ, & Lunam, hæc dum illi sociatur, & cũ eâ discurrit, nulla habetur diuersitas. Luna tamen eo perfectior in receptionis statu, & euidętioris efficacię, quia videlicet & vniuersa centro terrę in qua affinior discurrit, & effectum omnium cum hoc mũdo sub se cõplectiť, quia sua vt iã dictũ est, sub Alestina, id est cõiũctio, & Trahel, id est sęparatio, cõuẽtu inquã, & oppositione, atq; tetragono, assidua & indefesa, ęuidẽtior deprehẽditur operatio,

ex quibus videlicet generationis, & corporis ſtatus, dum creſcit, & decreſcit luminę, & numero ſub ipſius, & aſcenſu, & deſcēſu inherere, alius indubitáter procedit. Nihilominus quoque ipſius in auſtrū, & ſeptētrionem digreſſio redditio, eiuſq; applicatio, & quęcumq; ſibi accidūt figure, hoc idem inſinuāt, quorum omnium actus ipſiuſq; effectus, Luna potentia in animalibus & terræ germinantibus quę ſenſus percipit & viſus dijudicat, facillimę diſcernuntur. Venus itaq;, & Iuppiter, vt eſt Indorum authoritas, fortunatę ſunt ſtellæ, reliquas omnes infortunatas dijudicant. Apud nonnullos quidem Saturnus & Mars infortuniū ſingulariter vendicarunt. Cæterę quidem ſtellę ſub æqualitatis tēperātia collocātur. Pluuias itaq; quemadmodum eſtimant, Lunæ cum maliuolis applicatio, fœlicibus omnino aduerſis indubitanter efficit. Si verò fortunatis applicetur, nec maliuolis quolibet modo inueſtiatur, nec pluuiæ erunt. Fortunatę enim aëra ſoluunt rarificant atq; ſubtiliſant, & quicquid groſſi vaporis ſuperius aſcenderant exprimendo auferunt. Maliuolorū quidam natura eorum, quę cum vapore ſimilitudinis affinitas adunatur, grauitatem inducūt, virtutis augmentum pręſtantes, tandem congelant, Venus tamen cum ſit vna de beniuolis, Gemino humore redundat. Si inquàm maliuolis inueſtiatur, & ambo configurationis grauè eis non reſpōdeat, pluuias protendit. Sic quia hac ſuperiorum de cauſa pluuiales ſolent manere vapores. Amplius manſiones Lunæ, quædam humoris, quædam ſiccitatis, aliæ verò æqualitatis vtrinque participant. Quę quidem occaſio ex natura ſtellæ in ea conſtitute manſione, ſcilicet etiam ex certo circuli loco, manare creditur. Quòd quidem omnia ex ipſius radicis primordio deprehendi poſſunt. Harum autem mānſionum, naturaliter facta fuit electio, quam ſtellarum radij, dignitatis loca contingunt, quorum videlicet in ordine naturæ tanquàm proportionales participant. Sunt autē linearū corde

in circulo


in circulo protractè,quãtum videlicet arcus ad retragonũ,trigonũ,& exagonũ,quadã cognitionis habitudine referũtur. Et nihilominus quoq; loca ex quibus ſtellarũ fit applicatio fortis,vtriuſq; loco ſtellæ cõfigurata,vnde terminorum videlicet applicetur,de loco inquã maſculino ſiue fœminino,ex natura videlicet q; ad elementa quattuor referũtur.Itidẽ etiã de certa lõgitudine & latitudine ſe applicẽt. Stellarũ quidẽ huiuſmodi locis applicatione deprehẽſa, cõgrua & firma habita receptio, effectus mõſtrat certiſſimos.Hac ſiquidem ratione mãſiones, quas nodos, ſiue potius nexus appellãtur, deſignare & diſcriminare eaſq; notare, ſuoſq; effectus attẽdere,docta voluit antiquitas.Pro imbrium quidem habita cognitione,cõuentus & oppoſitionis horas,ſed etiã vtrumq; tetragonũ, vtriuſq; tetragoni medium, diligẽtibus attendere ob hoc cõgruũ exiſtimo. Quoniã ex iſtis octo Lunę ſignificationibus,antiquorũ periſſimi,humorũ præuidebant affluẽtiã,& aërię variationis, ſumebãt iudicia.Indorũ verò pars maxima,ex quadrato,cõuẽtu, & oppoſitione,& vtroq; tetragono,& cæteris poſtpoſitis attẽdere curauerũt.Quamuis quidã alij cæteros nõ relinquãt.Hæ rurſum figure.4.quas nos diximus, maximè alias.4. minores. Et hæc Lunæ.12.cẽtra dicũtur,habẽt ſuppoſitas.Sũt autem hæ quotiẽs videlicet cõuẽtus gradu.12.gradibus ante &poſt deſtiterit.In oppoſitione quoq;,nec aliter. Nã in vtroq; tetragono hũc ordinẽ non reliquũt.De mãſionibus autẽ Lunæ vnã intactam prętereũt.Cũ enim.28. eas cõnumerẽt,totius circuli gradus inter ipſas ęquę pertinentes. Harum vnaqueq;.13.gradus. & tertiam gradus partem vindicauit.Ob hoc prędicta manſio toti numero detrahitur, quoniã Luna vt aſſerunt,eãdem cum Sole occupãs mãſionem, ea cõuẽtus mãſio, nullũ proculdubio effectus retinet ducatũ. Vnde etiã atq; pari modo Luna poſtq̃ à Sole recedit,ſtellę alteri applicãs, vel coniuncta tota,ſignificationis etiam efficacię atq; potentia Soli, Lnna & mãſione ab-

iectis prorsus reliqu etur. Hac etiã ratione eadẽ Axa (bene dicitur propriȩ,) &principaliter notare voluerũt. Quoniam ille duȩ stellȩ signũ Librȩ eiusq; figurã omnimodo cõplent. Luna enim in manibus Virginis, nec alibi deprehẽditur. Itidẽ etiã quoniã gradus ille vbi hæ duæ stellæ cõsistũt in Scorpionis sedet principio. Ibiq; Luna moratur dũ perustã ambulat viam, quare proprium ab hinc sumpserũt exordium. Hæc itaq; omnia quantum ad rationem, non quantum ad effectum operãdi occultata, Tillemus reseruauit Mercurius. Qualiter autem cũ ipsis Lunȩ mãsionibus, cæteris & quasi cõnexis huiusmodi negotium exequatur, in sequentibus subijciam. Horas etiam roris & pluuiæ vernalium, & etiam ægritudinis itinerũ, nec ne & quȩ ad hoc opusculũ attinẽt singulorũ sententias locis debitis adiũgens, ad maiorem lectoris, ȩuidentiam ordine cõgruo reseruabo. Hæc autẽ loca antiqui philosophi circuli vapores, siue exaltationes nuncupant. Harum ergo.27. luminariũ mãsionũ, quas superius nodos cõstat nominari, necessario ad humores & rores pro sui cõplexionis qualitate referũtur. Quarũ prima apud Indos dicitur Aldebaran, secunda Aziraa, tertia Aliebecha, quarta Azarpha, quinta Algasra, sexta Alidan: ac deinceps Alnadan, Albedach, Alfarg: postea sex item de numero prȩdictarũ, humorẽ naturalem propriȩ habẽt designare: & certum in rores assumunt ducatũ, quoniã in humore maiorem vendicãt portionem, hȩc autẽ sunt Aldeberan, Aziraa, Asarpha, Aliehl, Albelelah, Alfag, nomina. Luna enim ĩ huiusmodi locata, aut saltem accensa, de stellis rorem significãtibus applicet, aut in earũ conuentu moretur, imbrẽ profecto manare cõstabit, quòd qualiter accidat in sequẽtibus dicetur. Mansionum autem.6. alias siccitatis volunt esse participes. Quarum prima Albutain, Albara, Aatars, Alkebtonda, Alfragal, Raukaden. Reliquas verò, sicut medias ascripserũt. Est autem Anathe temperatę, & æqualis complexionis, deinceps autem

Athoteæ,

Athoteæ , Alanath, Alaracen, Alboracon, Alchiue, Azunet, Azolaa, Albedach, Malcharehe, Caada, Cead. Tres tamen ex hijs,æqualibus mansiones per sui nec affinitatem,& similitudinem humorem designant, Alhanaah,& Azimet,& Caadbalag. Nam dum Luna in hijs discurrens stellis rorem designantibus coniuncta sit, aut eisdem forti applicatione accedat, imbres protendit ibidem futuros. Has denuo mansiones proprietatis vt æstimo similitudinem relatas adinuicem connectunt. Nam,& Anathe, & Atarf, Ahabre, Arsaula, Alnahami, & ventri Piscium associantur, & cum cæteris quæ istas sequuntur, vt in pluuiali figura habitudine erunt exequendum.

Quotiens ergo de pluuijs earumq; statu, sed etiam de aëris mutatione, de ventis quoq;,& rore, de nubibus pluuiosis, & non pluuiosis, non minus quoq; qua hora tibi, & quo tempore anni hæc accidant, de augmento & diminutione, prout Indorum peritissimi in figura iuxta circuli sicut describere curauerunt, habenda erit cognitio. Sub hora gradu conuentus, videlicet vel oppositionis, dum Sol videlicet primum Arietis, vel Libræ punctum ingreditur, Solem,& Lunam expressius collocari, siue potius rectificari necesse est, Indorum tam auctoritas quã antiquitas, sub ipsius Libræ ingressu, & dum Sol ipse.20. Scorpionis gradũ perambulat, hoc fieri præcipiunt, quoniam hæc signa horas imbrium in climatibus medijs profecto determinant. Rectificatis tandem Sole, & Luna ad has duas horas, conuentus inquàm, & oppositionis, vel ad prædicta duo signa, quas circuli mansiones obterminant summo animaduertere oportebit, quòd ratio potest discerni. A primo igitur puncto Arietis, vsq; ad ipsius conuentus, vel oppositionis locum, gradus assumens æquales, quòd singulis mansionibus attinet.13. gradus videlicet & tertiam tribuere memento. Ea quidem depræhensa humida sit an sicca, an æqualiter se habens nota. Deinceps quoq;



cæterarum ſtellarum loca earumq; manſiones ſicut de Luna factū eſt attende. Quibus tandem circa cognitionem comparatis cui Luna ipſa poſt cōuentum applicet, erit exequendum. Quòd ſi ea in humida māſione diſcurrens Saturno applicuerit in humida pariter exiſtenti, & vtraq; ſub eodem nexu, nec ſtella alia eorum applicationem quacumque figura impediat, imbres congruos, aſſiduoſq;, & quietos, nubes etiam nigras & obſcuras, aëra totum occupantes inuacillanter portendit. Si verò duę inferiores prædicto reſpectu applicantes ſua adhibeant teſtimonia, quę prędicta ſunt omnino exaugent. Quòd ſi eundem cum illis nexum ſiuè potius nodum obtineant, & pluuiarum redundantia, domorum ruinas & ſubmerſiones timendas. Luna rurſum huius ducatu aſſumpto, qua hora hæc accidere debeant, applicationis gradus indubitáter exponet. Quot ſunt igitur gradus applicationis, aut cōuentus, aut oppoſitionis, aut tetragoni, & quę ſunt huius depræhenſa, ad eorum numerum totidem horas, aut dies quoad pluere incipiat, interreſſe neceſſe eſt. Si ergò reſpectus de conuerſiuo, aut bicorpore fuerit, horas, nam de firmo, dies profecto inſinuat. Cęleriorem quidem, aut tardè eueniunt, citus Lunę curſus lucis etiam augmentum & compoti, aut ipſius diſcurſus. Alkar autem in huius oppoſitionis locis profecto diſcernit, dum hęc ita ſe habeant dies ſignificat, & tarditatem inducit. Nam ſi beniuolè proprio in Saturnum habito reſpectu, & radijs nō erectis, etiam in ſuis dignitatibus diſcurſu, hoc alternare videantur, dilationis & tarditatis ſignum eſt. Optimum quidem eſt Luna Saturni corpus in tetragonū, aut oppoſitionem conſentient, ſic enim nulla inerit dilatio. Dilationis namq; facit iudicium, quotiens nec Saturnus, nec ſtella alia, nodū vel māſionem poſſideat humidum, nec inferiorū teſtimonio fortunatur hijs náq; vt ſupra dictū eſt ſeſe habétibus, nec Lunę ſignificatio valebit peruerti, & vera dicētem, laus & gloria nullatenus effugiet.

effugiet. Saturno rursum in mansione sicca commorante, Lunaris facta applicatio, dū nec etiam eodem in signo discurrūt, nec inferiorum testimonio potiantur vel ponantur, nubes assiduas, sed absque imbribus portendit. Si verò ex locis similibus Luna Ioui applicet, & in eodem nodo & humida mansione commoratur, pariter Veneris quoq;, & Mercurij testimonio beati, rores aut nubium species profecto concurrent. Horum quidem testimonio negato, vt pluuiæ sint & rores cum nubibus denegantur, nisi inquā Iuppiter, Saturno. Item deinde applicans eorum quæ dicta sunt partem induxerit. Luna quidem, & simili modo Marti applicans, & sub fœminarum testimonio, & ipsa in nodo, & Lunæ mansione quæ humores portendit locata, nubes inuolutas & commixtas, tonitrua, tunc & corruscationes, fulgura etiam, pluiamque sine imbribus. Aut nisi inquàm Martis ipsius, cum Saturno, & Ioue depræhendatur applicatio, sic enim applicationes de causa pluuiæ inerunt. Hic etiam notandum occurrit, quoniam Mars de quolibet inspectu, imbrium significationem exauget, Lunam quoque, & stellam cui applicuerit, in generandis pluuijs omnimodo innuit: illi enim eisdem propriæ & principaliter applicante inest dilatio. Si verò aliter accederit, nec significat, & idem corrumpit. Nubes etiam quas Martialis producit: nam crocæę ruborem desuper non sine candore habentes: Lunaris tunc cum Sole applicatio, imbres inficiatur & prohibet. Stellarum quidem si adsint testimonia quarum quædam in nexu, & in mansione humida. Sol, item in locis vbi nec dignitem neque potentiam habeat Saturno, & Marti applicet, pluuiarum lapsus asperrimos & aquarum inundationes portendit. Nubes, item croceas, & quæ cito dissoluuntur generat, & postmodum aërem serenum efficit. Luna quidem de tetragono Soli sic applicans. (nam de oppositione & conuentu, nullatenus applicatio vocabatur.) Notan-

dum prætetea quoniam Lunæ cũ maliuolis applicatio, in ipsa hebdomada pluuias largitur: beniuolentia illius infortunate rores & efficaciam quolibet aspectu dissoluunt & prohibent:& horam futuræ significationis peruertũt. Eius quidem certos & inuiolabiles euẽtus Luna eidem maliuole cõiuncta & hac inuestita profecto reducit. Amplius Luna veneri applicans & in eodem nexu & in signis & mansionibus humidis: imbres nunciat futuras: Nec hoc poterit frustrari si stellæ superiores, infortunia dico, propriæ respiciant Mercurio attestante suum. Si verò nec hijs superioribus applicet: quia ipsa tunc sit fortuna, imbrium cassatur significatio. Venus autem tunc deinde stellæ superiori. Deinde eodem non fuerit applicans, imbres maximos cõfert, & assiduos: nec in Venere: dum ea sic se habeant in aliquo erit fallacia, ea enim fortuna existente nec luminaris certa erit promissio: dum nec in eodem modo: nec in signo humido: nec mansione humida commoretur. Nam si Luna eisdem applicet: & ista sic se habeant, imbres & rores: sed etiam nebulas tamen absq; imbribus inducit: quotiens vt diximus sic se habuerit: & Luna post cõmixtionem Saturni & Martis accedat: nimiam pluuiarum inducit ingruentiam. Ea item Soli & Ioui applicante: dum sit inter vtrunq; aliquis respectus, dico vel applicationis configuratio, nec imbres manebunt: Luna nanq; tunc deinde in loco optimo sub aliquo videlicet centrorum locis, videlicet hęc significationi dicatis, quia fortunata efficitur proprium causat & non peruertit ducatum, de iam fortunatis aliqua configuratione responderit. Hæ igitur occasiones vniuerse notandum nubes etiam quæ tunc generantur candide, rores multos & inconstantes portendunt. Si verò Luna Mercurio applicet sub eodem nodo & mãsione humida cõsistens, cæleres & continuos pręsignãt imbres. Veneris quoq; adiectũ testimonium, pluuiarum redundantias profecto inducit. Mercurius autem

cum stellis

cum stellis superioribus vel alteri eorum applicás, pro pluuiarum redundantia & assiduitate submersiones, & etiam ruinas admonet timendas, quãuis etiam tamen nec Mercurialis cum superioribus sit applicatio, & pluuiæ erunt. Idem rursus Mercurius postquàm Veneri accesserit maliuolis applicans, submersio & ruina, imbrium assiduitas timenda. Mercurius item Veneri de signo aquatico & humida mansione respiciens, in eodem nodo vel nexu locatus, & pluuiæ terminum excedant, quòd si adsit respectus aliter quam supradictum est se habeát, pluuiarum denotatur mediocritas. Mercurius rursum & si rores vt iam diximus habeat iudicare, si beniuolas in suis terminis, aut dignitatibus respiciat, eiusdem generis effectus, & earum naturæ admixtus, Lunam efficietq; mẽdacem, eiusq; ducatum peruertet, & effectus inducit alios, cuiusmodi est ventorum, vel in rabies nubes vndiquæ ab aëre depellens eorum ventorum quantitas, vel stellę potentiam cuius genus ipse assumit. Nec Geminę stellæ cælum peragrantes si eis videlicet ita applicet mendacio poluuntur, sed veritate post gaudebũt, & promissa omnino exsoluent, nisi inquàm eorum status & habitus Ioui & Soli, vt supradictum est, aliquo configurationis genere propriè referatur. Sic vel quòd enim Lunę promissa omnino transmutat, eorũ quidem postquàm Luna eisdem accessit cum Saturno & Marte applicatio, nunquàm mendax efficitur, verum debiti & assidui ducatus augmentum inducit, dum pluuias exauget rores inducit & nebulas. Si verò quę de pluuijs dicta sunt variare præsumant, non tamen nubes densissimas, & aëris humorem valebunt peruertere, verumetiam nebulas generabit, & vapores in aëre sublcuabit diurnos. Hęc enim omnia prout sese habebunt, propriè earum ascribitur efficacię. Quare quæ nũc deinde huius secretis exposita sunt, memoriæ commendenda, vt fœlix & consulta iudicantis habeatur responsio.

Amplius


Mplius Luna in humida mansione soliuaga, etiam & ab omnibus stellis carēs, & ab eisdem solitaria in centrorum aliquo consistens, & in sui natura & accessione, singularis nubes inducit, & rores multiplices, aërem humectat, imbresq; vicissim confert multimodos. Nebulæ feruent, ex quibus repletur horizon: concitat ventos diuersos ex quibus tonitrua, corruscationes, & fulgura procreantur. Si verò deinceps stellę applicet quę prædictę stellę genus obtineāt, si inquàm fortunata fuerit prędicta dissoluit, Maliuola namq; existens, duplam quam cæterę stellæ propriam exhibet efficaciam. Vnde notandum moneo, quòd dum soliuaga discurrat in prædictorum solutione fortissima inuenietur. Ex supradictis manifestum est quoniam Luna cum beniuolis, aut in eorum hospitio, aut etiam cum stellisq; fortunatis applicantur, nullatenus imbres denunciat, cum maliuolis namq;, cum termino discurrens, pluuias generat. Vniuersas namq; Lunæ cum stellis singulis ducatur, vt in Alestina, id est cōuentu exponens, in hijs quæ necessaria videbantur ad huius cognitionem habendā, quæ supra sunt ordine cōgruo adinueni. Quomodo ergo in oppositione atq; tetragono agi debeat: nunc deinceps exponatur.

E St itaq; tetragonus quotiens Luna ad conuentum accedens gradus. 90. Ad oppositionem recedens pari numero distiterit, & hoc singulis mensibus vt supra dictum est quatenus exequēdum, hijs enim quæ quasi radices supposui, plenius exequatis, nulla de aëris renouatione variatio siue ambiguitas occurret. A principio igitur Solis ad Libram ingressum quo ad. 20. Scorpionis gradum perambulans, huiusmodi rei ducatur exordiū, sed vsq; ad finē anni hęc eadē perducatur operatio. Hoc idem etiam sub mūdanorū conuersione annorum exequēdum erit.

Notandum

Notandum præterea Lunam alios habere ducatus. Conuentu itaq; aut oppositione, & vtroque tetragono: vt pluuiarum cognitio habeatur prout supradictum est. Et deprehensis ea quæ prædiximus ante conuentum & post. Itidem etiam circa oppositioné & vltra.12.gradibus ante dico rõnis negociũ exequatur. Hæc autem sunt.12. Lunę centra superius enumerata: cum quibus ante & retro idem negocium erit exequẽdum. Ea enim quandam vim & efficaciam in hijs omnibus assumunt dum illorum cognitio vim radicis obtineat & edificij.

L Vna itaque in mansionibus æqualis complexionis aut siccis discurrens: si deinceps stellis inferioribus applicet pluuiarum in maxima parte facit iudicium. Sunt autem signa quæ rores inducunt: aquatica & humida: vt Capricornus, Aquarius, & Pisces. ¶ Sunt autem stellæ quæ rores portendunt & humorem, Luna, & Mercurius. Si igitur Lunam de huius signis respiciant: aut cum ipsa morentur, Luna etiam de locis humidis eisdem applicans, imbres timendos. Si enim de locis siccis vel æqualibus applicans vel respiciens, mediocres omnino pluuias inducit. Luna item singulari & propria natura, nebulas & nubes etiã raras affert, & candidas. (Quanuis autem quæ ad hunc locum sufficiant superius dicta sint, quæ dũ minus vtilia res & locus hortatur subijcere.) Anni igitur pluuiosi status, ab ingressu Solis ĩ Libram vsq; ad.20. Scorpionis gradum non minus quam à Lunari applicatione cum cæteris stellis potissimè deprehendat. Stella igitur cui Luna applicat Orientalis existens finem anni vel mẽsis vel septimanæ monstrat pluuiosum. Occidentalis nãq; prædictorum initia imbrium beneficio decorat. Hæc tamen applicatio propriæ cum Venere facta, & Mercurio, quę prędicta sunt innuit. Altera nanq; orientalis: altera occidentalis, de Luna eisdem applicet, communes & per totum annũ necnon maximas denotat pluuias. Imbrium nanque multitudo dum

dum Venus,& Mercurius,Scorpioné,Capricornũ,Aquarium & Pisces ingredi festinât: præcipuè manat. Sed & eorum cum Luna de locis humidis nõ sine respectu applicatio quòd cum ita se habeant generales pluuias nec inutiles ostẽdunt. Luna quidem alteri applicante:de altera Lunam respiciat:quandiu respectus inerit donec ab ea separetur : nec imbrium aberit multitudo.

L Vna cum Saturno applicãs,molles pluuias,suaues, & quietas ostẽdit,& nebulas nigras & obscuras. Si verò Marti,imbres,tonitrua,& coruscationes apportat,plerunq; petras & grandinem, & nubes croceas, ruborem desuper & candorem habentes. Mercurius quidem huius ducatu assumpto,pluuias,vẽtorum rabiem,eorumq; asperrimos nunciat discursus. Nubes etiam incontinuas & diuersas, croceas quidem & fumi colorem habentes inducit. Si autem huiusmodi Sol ducatum assumat,guttas grandes, & nubes croceas portẽdit. Venus enim,eodẽ assumpto,pluuias molles atq; cõtinuas: rores multos,nubes,nebulas(profecto)similes generat. Iuppiter nãq; aëra ferri:&ventos habet propicios. Non aliter quoq; cæterarum stellarum adinuicem facta coniunctio siue admixtio,communẽ (vt supra dictũ est) exhibet efficaciam: sed illarum ducatum alternosq; nubium colores,& aëreas variationes. Hijs primitus compẽsatis per totum annum omni difficultate remota,spectare licebit. Quia ergo prudentiores quelibet occupatio minus peritos in lumine Lunæ locum : & qua discurrit mansione ad plenum,& certa calculatione agnoscat,plurimumq; impedit rem compendiosam:vt supradictorum sub occulto habeatur cognitio subijcere curaui, Mansiones nanque Lunæ iuxta numerum stellarum caput in tabula describo:vt cum quęlibet cum qua earũ Luna moretur agnouerit: sub qua etiam mansione fuerit certissimè deprehendat. Loca etiam Lunæ in mansionibus annotato : necne loca


stellarum

ſtellarum quę videlicet manſionum has vel illas non fugiunt deprehenſis. De ſtatu aëris ipſiuſq; mutatione, nulla relinquitur heſitatio. Sunt enim Lunares ſingulæ manſiones quæ in Zodiaco, quem videlicet Sol cum Luna cæteriſq; ſtellis perambulant, diſcriminata & determinata partitio certa cognitio ventorum.

VEntorum cognitio ex pluuiarum experientia: ſicut imbrium ex conuentu, & oppoſitione, duobus tetragonis omnino deprehendet: quare tres ſtellas quæ ventos deſignant Mercurium, ſcilicet & Martem: & Solem, attendere res hortatur, Cum enim Mars ventos exaugeat: Saturnus prohibet, præcipuè retrogradus, & in ſigno terreo diſcurrens: non minus quoq; aquatica eis contradicunt. Mercurius autem ſtella eſt ventorum, & pariter aëtea ſigna. Vt igitur venientes prouidens ventos, Mercurium attendere oportebit. Luna enim poſtquàm à conuentu recedit, eidem applicans, & cum eo ſub eodem nexu: in contraria manſione diſcurrens: ventorum nunciat diſcurſus. Rurſum Mercurij cum Saturno applicatio: aut idem cum ipſo in nodo eodem, & aërea manſione diſcurrens, nec ille retrogradus, ventos obſcuros efficit, & aëra variat. Sæpe etiam in aëre ventorum timida naſcitur rabies. Vnde notandum occurrit quoniam Saturni retrogradatio: & ſi Mercurius eidē applicet: ventos pœnitus contradicit. Mercurio item Marti applicante aut in eius conuentu, vel eodem nodo, & manſione, quæ ventos inducat, venti calidi procedunt: & in aëre feruor generatur, nubeſque horizonta poſſidebunt. plerunq; ignes ab æthere dilabuntur, vel in eodem apparent, & ventorum calor alteratur Marte potiſſimè retrogrado: Marte quidem in ſigno terreo commorante. & nubium, & ventorum ineſt ſignificatio, verum pluuias multas ex modico ventorum largitur curſu. Nam idem, Mercurius Ioui applicans, aut Veneri, aut in manſione, ventos figurante

gurante, & in eodem nodo constiterit, ventos reducit propitios. Iuppiter autem maiorem Venere in ventis assumit efficaciam. Eius enim est omnium ventorum propitiatio & læuitas. Mercurius autem Soli configuratus, aut eundem nodum & mansionem quæ ventos habeat obtinens, ventos feruentes generat & pessimos. Subtilissimè autem inquisitionis est Mercurij, & Lunæ, cum cæteris stellis coniunctio siue admixtio: quòd si fiat vel de proposito effugiet. Hic etiam notādum occurrit, quoniam Solis per signa conuersio, temporum immutationem reducit. Vnde quam de. 4. mundi partibus, occidentem vel orientem, austrum & Septentrionem obtineat, summopere notandum occurrit. Non minus quoq; Lunaris, cum Sole applicatio, & quis eiusdem fert in oppositione modus. Solis namq; in Ariete discursus, orientalem ventum, qui & ipse Eurus dicitur profectò generat, quousq; ad Geminorum finem trāsierit. Vbi & ipse locatus donec extremum Virginis, & principium Libræ occupat, Septentrionalem ventum Aquilonem excitat. Ibi etiam vsque ad Capricorni principium, Zephirus generatur. Inde rursus vsque ad Piscium, nouissimū Austrum exoriri necesse est. Taurus quidem & Gemini inter Eurum, & Aquilonem consistunt. Leo namque & Virgo, inter Aquilonem, & Zephirum medium possidebunt. Scorpius, item & Sagittarius inter Zephirum & Austrū. Nec inter Austrum & Eurum, Aquarius & Pisces locantur.

¶Explicit liber imbrium Iaphar.






BIBLIOTECA